

- 17 Conductores tamen ipsi decimarum eas re-  
cte exigere possunt, virtute cessionis sibi factae,  
hoc est, del arrendamiento, o recudimiento aduersus  
laicos decimare debent coram iudice Ecce-  
lesiastico, qui competens est cause decimalis,  
cum quæstio iuris vertitur: quia iudex laicus inca-  
pax est huiusmodi cause spiritualis: præterquam  
si agatur, an decimæ sint solutæ, vel an teneatur  
ille soluere vel alius: quia tunc non tantum laicus  
conductor, sed & ipsi clerici poterunt apud iudi-  
cem sacularem laicum solutionem decimarum re-  
culantem compellere ad eas solendas: secus si  
agatur de iure decimandi, vel de exemptione aut  
priuilegio ab earum solutione liberante, vt prædi-  
ximus cum Couart. Sed hic Ciuitatem praxis obti-  
nit, vt conductores decimarum conueniant regu-  
lariter & indistincte laicos decimarum solutione re-  
culantes coram iudice ordinario loci Ecclesiastico.
- 18 Conductor tamen laicus fructuum & redi-  
tum Ecclesiasticorum alicuius beneficii conuenire  
non poterit alium laicum emptorem vel condu-  
ctorem decimarum illius beneficii coram iudice  
Ecclesiastico, sed tantum coram laico competenti  
sub pœnis legum huius Regni. Quia mutatione  
personarum mutatur & qualitas, & perditur priui-  
legium rerum Ecclesiasticarum, vt in terminis di-  
cit se obtinuisse D. Castil. in l. 6. Taur. in glos. de  
qualiter calidat & in l. 13. Taur. in glos. 24. horas,  
vers. Ex quo inferitur. Quod secuti fuimus dist. cap.  
33. Canon. 99. n. 49. & nunc quoque probat Azeu.  
in d. 10. infr. eod. n. 59.

S V M M A R I V M.

- 1 Ecclesia, monasteria, Ecclesiasticaque persona ha-  
bentia super redditibus Regis quacunque iura si-  
suata, non possunt conuenire laicos receptatores,  
Regios conductores vel alios Collectores super  
eisdem coram iudicibus Ecclesiasticis sed tan-  
tum coram iudicibus secularibus. Regis sub pœna  
amissionis, vt cauetur legibus Regis hic citatis  
que valide sunt.
- 2 An idem procedat in capellania, monasterio vel  
hospitale fundatis vel erectis cum consensu &  
auctoritate Episcopi ex redditibus temporalibus,  
& num. segg. eligitur opinio negatiua, & am-  
pliatur mater. 3. in redditibus annuis de nouo  
emptis subrogatis in locum redemptorum.
- 3 Subrogatum sapie naturam subrogati.
- 4 Conductores laici decimarum vel fructuum Ecce-  
lasticorum conueniri non possunt pro mercede lo-  
cationis coram iudice Ecclesiastico.
- 5 Quod resoluimus in questione principali de qua n.  
2. procedi in redditibus fundatis & constitutis  
super rebus primarum: secus in iuribus Regis.
- 6 Bona patrimonialia Clericorum non gaudent priui-  
legio Ecclesiastico.
- 7 Quod procedit etiam in patrimonio clerici, ad  
cuius titulum sacrum ordinem recepit.

Q V Æ S T I O XXVII.

In l. 6. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg.

Reditus temporales Ecclesiarum, &c. an  
possint exigi contra debitores laicos  
coram iudice Ecclesiastico?

VERO, Hac l. cauetur, que las Yglesias y mo-  
nasterios, clericos y capellanes del Rey, que tu-

uieren priuilegios de los Reyes, de mercedes, o limosnas, o  
dueros, o de otros derechos, non possunt super eis &  
ab eis dependentibus conuenire laicos, receptores  
Regios, conductores vel alios collectores coram  
iudicibus Ecclesiasticis, sed coram iudicibus sæcu-  
laribus Regis, sub pœna amissionis sic concessio-  
rum: quod etiam ad literam cauetur in l. 10. tit. 7.  
infr. l. 9. huius Nou. Collect. Reg. vbi generalius præ-  
cipitur, Que las Yglesias, monasterios, clericos, o perso-  
nas de orden, y otras qualesquier Ecclesiasticas que han  
y tienen de los Reyes qualesquier maravedis y dobles, y  
florinos, y otras qualesquier cosas, por qualesquier priui-  
legios y mercedes, situados y saluados en qualquier ma-  
nera o que los ouieren y han de auer por carias Reales  
de libramientos, los demandan ante los iuezes Reales  
seculares, y no ante los Ecclesiasticos, ni sus conseruadores,  
so pena de perderlos: que lex valida est neque Cano-  
nibus expresse aduersatur secundum Mencha. de  
suces. creat. §. 26. n. 66. & cum eo transit nouissime  
Lafarte de Molin. de decim. vendit. c. 18. n. 9.

Quid tamen si Ecclesiastica capellania, monasterium  
vel hospitale sit fundata, constructa, erecta, fun-  
datum vel constructum aut erectum ex redditibus  
temporalibus, cum consensu & auctoritate Episcopi  
ordinarij loci, vel postea confirmata vel confir-  
matum ab eodem, an Ecclesia huiusmodi, capel-  
lanus & æconomus dictæ Ecclesiæ, monasterij vel  
hospitalis præd. possit conuenire laicos prædict.  
annuos reditus soluere debent, coram iudice Ecce-  
lesiastico ordinario loci, sine incurfu pœnæ nos-  
træ leg. vel an teneatur eos conuenire coram suo  
iudice seculari sub pœna huius legis? Et videtur  
primo, esse conueniendos coram iudice suo sæcu-  
lari: tum ex nostra lege, tum etiam, quia regulari-  
ter actor debet sequi forum reitum & tertio, quo-  
niam bona & redditus, quibus fuit fundata vel ere-  
cta prædicta Ecclesia, capellania, hospitale vel  
monasterium, erant temporalia & profana, ac de  
iurisdictione Regiæ ac proinde laici eorum debi-  
tores pro eisdem conueniri deberent coram suo iu-  
dice seculari, non vero coram Ecclesiastico. Per ap-  
probationem igitur vel confirmationem Episcopi  
iurisdictione Regiæ præiudicari nõ debet sine volu-  
tate & consensu ipsiusmet Regis, iuxta regul. id.  
quod nostrum de reg. iur. & in l. 3. ff. de pati. cum. simit.

Nihilominus tamen contrarium in nostra spe-  
cie censo esse iure verius & tenendum, nempe in  
debitoribus reddituum annuorum redimibilibum  
vel perpetuorum pertinentium ad Ecclesiam, ca-  
pellaniam, monasterium vel hospitale constructum,  
erectum vel confirmatum auctoritate Episcopi, ex  
donatione & fundatione ipsius, prout in terminis  
tenet D. Azeued. in l. 10. infr. eod. n. 46. Quod præma-  
xime procedit, si in erectione vel confirmatione  
Ecclesiæ, capellæ, monasterij vel hospitalis, Episcopus  
vel eius Vicarius bona ipsa temporalia in  
spiritualia & Ecclesiastica commutauerit & trans-  
fuderit, prout sæpissime factum vidi in capellanis  
erectis auctoritate Episcopi vel eius Vicarij. Cum  
enim aliquid est spirituale vel spirituali annexum,  
non licet, etiam inter laicos principaliter nec in-  
cidenter de eo agi coram iudice seculari, sed co-  
ram Ecclesiastico tractandum est, vt resoluimus  
supr. in q. modo præcedenti.

Non obstat primum fundamentum supra pro  
contracta parte adductum, nempe nostra lex: ea  
enim & similes loquuntur in gratia & donatione  
à Rege prædictis locis pijs & clericis factis: tunc  
enim bona illa non amittunt suam propriam na-  
turam temporalitatis, ita vt in alteram diuersam  
tran-

transfeant. Præterea cum gratia illa facta sit à Re-  
ge, merito vt ab eo lege lata generaliter auferti  
possit, si eius iurisdictione super illam concernenti-  
bus illudatur.

Non obstat & secundum, quoniam regula illa,  
quod actor debeat sequi forum rei, procedit in  
temporalibus, secus in spiritualibus. vbi saltem spiri-  
tualibus annexis, vt prædiximus. Tertium quoque  
cessat, quoniam cum bona hæc sint effecta spiri-  
tualia vel eis annexa, ipsemet Rex generaliter id  
concessisse videtur, vt patet ex d. l. 10. infr. eodem. tit.  
ibi: Sobre demandas, o cosas profanas a la Iglesia no per-  
tenecientes. Hi autem redditus non sunt profani, sed  
spiritualibus annexi & ad Ecclesiam pertinentes:  
ergo à contrario sensu non continentur sub pro-  
hibitione d. l. 10. nec nostræ legis. Imo tamen eadem ra-  
tione idem videtur dicendum, in annuis redditibus  
postea de nouo emptis in locum aliorum, qui fuerunt  
redempti, cum in eorum locum subrogatum,  
ac proinde debeant sapere ipsorum naturam,  
arg. regulæ vulgaris, quæ tamen habet, quod subrogatum  
debet sapere naturam subrogati, vt in l. si donata,  
§. si sponsus, ff. de donat. inter vir. & vxor. & tradit  
lal. in l. si grege, col. 2. vers. nono, ff. de leg. 1. Decian.  
cons. 35. n. 65. n. 1.

Hæc tamen nostra principalis sententia mi-  
nime procederet in conductoribus laicis bonorum  
vel fructuum Ecclesiasticorum, etiam decimarum:  
hi namque conueniri non poterunt coram iudice  
Ecclesiastico, pro pensione vel mercede condu-  
ctionis, quia per locationem & conductionem in-  
ducitur nouitas quædam: ideoque pensio seu mer-  
ces conuenita soluenda non est spiritualis res, nec  
spiritualibus annexa, sed noua pensio debita ratione  
contractus initi cum laico, ac proinde amittit natu-  
ram priorem, & est res mere profana, ideo co-  
ram iudice seculari à laicis exigenda erit, non vero  
coram Ecclesiastico, præterquam in tribus casibus.  
Primus est, si conductores laici iurisdictione  
Ecclesiæ se submiserint pro solutione pretij, vel  
pensione locationis & conductionis. Secundo, si  
iurauerint eam soluere, tunc enim ratione iura-  
menti poterunt pro ea idem conueniri coram  
iudice Ecclesiastico. Tertio, si consuetudo legitime  
præscripta adstet, etiam his semotis, vt resoluimus  
supr. in quæst. præcedenti, n. ....

Secundo tamen prædicta omnia locum habere vi-  
dentur in redditibus annuis, fundatis & constitutis  
super rebus primariorum: non vero in iuribus Regis,  
quia in hac specie Regij conductores aut fi-  
deles collectores coram iudicibus secularibus  
Regis, non vero coram Ecclesiasticis conuenien-  
di sunt sub pœna nostræ legis, & est lex genera-  
lior i. o. tit. 7. lib. 9. ibi: En qualquier manera, o  
que los ouieren, o han de auer por nuestras cartas de  
libramiento, & in hac nostra leg. 6. ibi: Pues esto per-  
tenece a nos, y a la nuestra iurisdictione, y de los dichos  
nuestros predecesores.

3 Clericis tamen pro suis rebus patrimoniali-  
bus priuilegium Ecclesiæ concessum minime  
competit, nisi in casibus à iure expressis, ac proinde  
aduersus laicum restitutionem in integrum co-  
ram iudice seculari perire debent, si lædantur, non  
vero coram iudice Ecclesiastico, vt cum communi  
resoluimus lib. 1. Cano. quæst. c. 34. n. 11. & 12.

4 Quod tamen procedit etiam in patrimonio clerici, ad  
cuius titulum sacrum ordinem recepit, ne mendi-  
care cogereetur in ignominiam ordinis: adhuc  
enim huiusmodi patrimonium ex hac assignatio-  
ne non efficitur Ecclesiasticum: nec habet priui-

legium honorum Ecclesiarum, vt recte resoluit  
D. Couart. lib. 1. var. resol. c. 4. num. 4. cum aliis  
contra nonnullos.

S V M M A R I V M.

- 1 Iudex quis cognoscat de viribus, valore vel inter-  
pretatione priuilegij, & n. segg.
- 2 Recurrendum est directo ad Regem, vel Princi-  
pem, qui priuilegium concessit pro declaratione  
illius.
- 3 Si contendatur principaliter de valore & intellectu  
priuilegij, ad Principem recurrendum est: si  
vero incidenter iudex inferior potest cognoscere:  
sed an hoc procedat etiam de iure Regis, n. 4.  
cum sequentibus.
- 4 Qualiter gratia Principis appellatur priuilegium  
& donum.
- 5 Legi 27. tit. 18. part. 3. intellectu & n. 9. cum se-  
quentibus, & num. 19. vbi etiam agitur de le-  
ge 2. & 28. eiusdem tit.
- 6 Donada Regis qua dicuntur, & num. 10. vbi  
quod debet nominare omnes fines huiusmodi  
priuilegium.
- 7 Concessio Principis, qua sequitur ius, non dicitur  
priuilegium, sed gratia vel beneficium.
- 8 Priuilegia confirmationis quid debeant continere.
- 9 Cartas fortes son cartas en que el Rey de al-  
gun fuero otro, en que se deue nombrar  
la razon por que lo da.
- 10 Cartas de gracia quales son, y que deuen con-  
tener.
- 11 Cartas del Rey y otras se grantan segun fuero: y  
otras contra fuero: y otras non se ganen se-  
gun fuero, pero non son contra fuero, y  
quales sean vnas y otras, & n. 15.
- 12 El priuilegio de donadio de heredad, o de otra  
cosa que el Rey de a otro, non lo deue nin-  
guno iuzgar sino el mismo Rey que lo  
concedio, o los que reynaren despues del.
- 13 De los otros priuilegios que son de confir-  
macion en forma comun, pueden conocer  
y iuzgar los iuezes ordinarios de las tier-  
ras donde fueren mostrados.
- 14 De las otras cartas y priuilegios foretos, y de  
las otras gracias en que se da quitamiento  
de pechos e portazgo, o otra cosa, si nacie-  
re contienda de sobre ellos deuen iuzgar  
los iuezes ante quien parecieren.
- 15 Ratio differentie inter prædicta priuilegia, quare de  
prioribus solus Rex cognoscat & iudicet, de re-  
liquis vero iudices ordinarij.
- 16 Legi 6. tit. 1. lib. 4. Nou. Collect. Reg. in re bell. & n. 22.
- 17 Concessio immunitate omissione iurium Regalium,  
an gabello hoc nomine continentur, ad quos per-  
tinet declaratio.
- 18 Causa nobilitatis descendens ex priuilegio vbi de-  
beat tractari.

Q V Æ S T I O XXVIII.

In l. 6. tit. 1. lib. 4.

Iudex quis sit competens, quando dubita-  
tur de viribus & valore priuilegij?

VERO tamen secundo circa eandem legem, quid  
si non contendatur super executione gratiæ  
atque priuilegij Regij, nec super exactione redditus  
vel quantitatis in eo contentæ (quia tunc coram  
iudice

iudice seculari Regio, non vero coram Ecclesiastico agendum est, vt in nostra lege) sed dubitatur de vitibus & valore priuilegij, de intellectu verborum ipsius, quis iudex erit competens & adiri debeat: Et videtur idem tunc etiam esse dicendum, vt in l. 27. circa fin. tit. 18. part. 3. ibi: *E si en la otras cartas foreraso de gracia que el Rey faga, naciere conuentiona sobre ellas, deuenias otro si juzgar los jueces ante quien parecieren, tomando el entendimiento dellas a la mejor parte, e a la mas derecha, e a la mas prouechosa, e a la mas verdadera, segun derecho, quod si iudex aliud malitiose iudicauerit, infamia notandus est, eiusque sententia erit nulla, & partes adire debent Regem pro declaratione illius dubij, prout sibi videbatur facienda, vt in d.l.*

2 His tñ nihil fecius non obstantibus, contraarium est tenendum, imo quod in specie nostræ quætionis ad Regem vel Principem, qui concessit dictum priuilegium, directo recurrendum sit pro declaratione illius, non vero ad alios iudices; primo argum. in l. fin. C. de legibus, ibi: *Vel quis legum anigmata soluere & omnibus aperire idoneus esse videbitur, nisi is, cui soli legislatorem esse concessum est, vbi notant Doctores, quod eius est interpretari, cuius est condere.* Secundo per textum expressum in cap. cum venissent, de iudic. vbi ita dicitur: *Cum super priuilegijs sedis Apostolica causa vertatur, nolimus de ipsis per alios iudicari, & ibi Doctores communiter ita hanc materiam declarant, præcipue Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Abbas, Imola, Felinus & Decius, ex quorum dictis hæc resolutio colligitur: quod aut contenditur tñ de valore priuilegij, seu de intellectu & interpretatione, concernente validitatem priuilegij principaliter, & Princeps debet cognoscere, aut incidenter est quæditio inter partes super priuilegio ad ipsatum præiudicium, respectu causæ, de qua agitur, & tunc iudex inferior potest cognoscere, & vbi verba non sunt clara, interpretari priuilegium, nisi dubium esset inexplicabile, quo casu recurrendum esset ad Principes, vel nisi Princeps esset in loco, vbi facilius posset consulti: vel nisi iudex vellet remittere declarationem, quia posset. Hanc resolutionem sequuntur etiam Greg. Lop. in dict. l. 27. gloss. 1. & Ioan. Garç. de nobilitate, gloss. 1. §. 1. n. 2. cum seqq. & probatur in princ. d. l. 27. iuncta leg. nostra C. ibi enim dicitur: *Que priuilegio de donado del Rey no le deue ninguno juzgar sino el mismo, o los otros que Reynaren despues del.* Quod etiam ad litteram probat l. 2. in vers. *E quando acaciere, tit. 1. p. 2.* In nostra autem lege cauetur, quod prædiximus in principio quætionis præcedentis. Et hæc de iure communi.*

4 Superest tñ vt videamus, an hoc procedat etiam de iure Regio, attenda dict. l. 27. circa finem, in vers. *E si en las otras cartas, quæ videtur contracta sui principio: ibi enim habetur, vt vidimus, quod de priuilegijs rerum donatarum à Rege solus Rex cognoscit, non vero alius. At vero in dicto versicula. E si en las otras, dicitur, quod de gratia, quam Rex fecerit, cognoscant iudices eo modo, vt supra pro contracta parte retulimus. Quod si ipsi aliter malitiose iudicauerint, adeatur Rex pro declaratione illius dubij. Et tñ quilibet gratia Principis appellatur priuilegium & donum, vt dicit Bald. in cap. inuestitura, de noua forma fidelij, quem sequitur Aucnd. in suo dictionario, verb. priuilegium, & Gregor. Lopez ibi in gloss. gratia. Ergo lex hæc 27. sibi ipsi est contracta in princip. & in fine. Quid dicendum? Et Greg. Lop. ibidem in gl. gratia, duo-*

bus tñ modis conciliat eam legem. Primo, quod forte possit dici, vt principium loquatur, quando est dubium circa priuilegium Regis, super rebus ab eo donatis de patrimonio Regali, veluti si donauit aliquod castrum vel aliud quid simile. Hæc tñ enim iuxta leges Partituras dicuntur donatia 7 Regis, vt habetur in l. 22. & 23. tit. 13. part. 2. & in multis alijs, vt de his tantum cognoscatur Rex donator vel eius successores in Regno, vt dicitur in princ. d. l. 27. De alijs vero gratijs, quæ non euacuant patrimonium Regis, sed sunt à Rege, alias possit cognoscere quilibet iudex competens, siue contentatur principaliter super valore gratiæ vel super eius interpretatione, siue cognoscatur incidenter: & quod sic limitentur ea, quæ habentur de iure communi, quæ supra retulimus.

Vel secundo, quod aut Rex concedit ea, quæ non sunt solita concedi, veluti res non in feudatiles concedit in feudum, vel feminæ contra rigorem consuetudinis feudorum, & tunc de tali priuilegio solus princeps cognoscatur, quasi disputetur de eius substantia. Si autem concessio tñ Principis sequatur ius, tunc non dicitur priuilegium, sed gratia vel beneficium iuxta doctrinam Bald. in præiudicij feudorum ad fin. Sicque de hoc ultimo casu loquitur dict. l. 27. circa fin. vt de tali gratia quilibet iudex possit cognoscere.

Ego vero sequor primum intellectum & conciliationem Greg. Lop. probatam in d. l. 27. in sui princ. Et vt melius illa intelligatur, & sic lex hæc sibi ipsi non contradicat, præsuppono, quod tñ eadem l. 27. in tota sui contextura loquitur in triplici genere & differentia priuilegiorum & chartarum Regis, quæ omnia priuilegia dicuntur, vt patet ex principio legis, ibi: *Quien deue juzgar los priuilegios e las cartas, si alguna anda bi acaciere, queremos lo mostrar por esta ley.*

Primum priuilegium, de quo loquitur lex illa, est: *El de donadio del Rey, y este no lo deue ninguno juzgar, sino el mismo, o los otros que Reynaren despues del, vt patet ibi: Onde dezimos, &c.*

Alia & secunda sunt priuilegia, que son de confirmacion, en que se dize, que valgan assi como valieron hasta aquel tiempo en que fueron confirmados, e hasta otro tiempo señalado, como valieron en tiempo de otros Reyes. O en las que dize: Saluo los derechos de las priuilegios de otros Reyes, o de otros, y estos bien los pueden juzgar aquellos que son puestos para juzgar aquellas tierras do los priuilegios fueren mostrados, de quibus loquitur lex illa in 2. part. ibi: *Los otras priuilegios.*

La tercera manera de priuilegios es las otras cartas foreras de gracia que el Rey haze: *E si sobre estas naciere contienda, deuenias juzgar los iueces ante quien parecieren, tomando el entendimiento dellas a la mejor parte e a la mas derecha y mas prouechosa, segun derecho.* Beneficia enim Principum sunt latissime interpretanda, vt in l. beneficium, cum similib. ff. de consuet. Princ. & de his loquitur tertia pars & vltima illius legis, ibi: *E si en las otras, &c.*

Hoc sic tñ præhabito, priuilegio de donadio, de quo loquitur d. l. 27. in 1. p. se llama de donadio de heredamiento, o de otra cosa que el Rey da a otro. Este tal priuilegio de donadio de heredamiento deue nombrar todos los terminos de aquel donadio, o de aquel heredamiento, assi como lo diere: ita cauetur in lege 2. cod. tit. 18. part. 3. vers. *E despues que esto ouiere nombrado, iuncto vers. E si fuere donadio.*

Priuilegios de tñ confirmacion, de quibus loquitur tñ secunda pars dict. l. 27. deuen conuener lo que dize

la dicha ley 2. in vers. *O confirma alguna cosa, & iuncto vers. E si fuere de confirmacion.*

12 *Cartas tñ foreras, son cartas en que el Rey da algun fuero a otro, en que se deue nombrar la razon porque se lo da, vt in dict. lege 2. ibi: O da aquel fuero, iuncto vers. E si fuere de fuero, &c.*

13 *Cartas de gratiason tñ en que el Rey haze algun quitamiento, o parten algunos terminos. E si fuere de quitamiento, deue nombrar en que guisa lo fazen, e porque raxon: e deue dezir como le gusta por le facer bien y merced (ecce gratiam) E si fuere de partir terminos, deue nombrar los lugares sobre que era la contienda: e por do los parte el de alli adelante, vt cauetur in dict. lege 2. ibi: O haze aquel quitamiento, iuncto vers. E si fuere de quitamiento, cum versic. sequenti. Itaque lex illa 2. quæ est prior in ordine, facit triplicem differentiam & tres modos priuilegiorum distinguit, vt vidimus. De his igitur loqui intelligenda est l. 27. sequens eiusdem tituli. Quam autem vim habeant priuilegia omnia, y las cartas dellos, y en quantas maneras son y se ganau, ponit l. 28. statim sequens in huic scilicet modum.*

14 *Vna seguan tñ segun fuero: y otras contra fuero: y las otras no se ganau segun fuero: pero no son contra fuero. Las cartas segun fuero son aquellas en que manda el Rey los otros que dan las cartas por el, por cumplir alguna cosa señalada, segun fuero: y estas tienen fuerza de ley, e deuen entender e juzgar sin escaxima e sin engano, assi como ley, vt in d. l. 18. De his igitur etiam loquitur d. l. 27. in 3. part. in d. vers. *E si en las otras cartas foreras: las cartas y priuilegios contra fuero y derecho, son de las que habla la ley 29. que se sigue luego, vbi quod non valent, nec sunt seruanda, vt ibi: Las cartas que no son segun fuero, ni contra fuero, son en las que da el Rey queriendo fazer gracia y merced a los homes, assi como en darles heredamientos, o quitarles de pecho, o de bueste, o de otras cosas señaladas por fazerles bien y merced, & hæc habent vim legis & ita sunt seruanda, exceptio la carta que fuesse dada de quitamiento de bueste, o de fondadera: porque esta no deue valer, sino de aquel Rey que la dio: porque estas son cosas que estan ayuntadas siempre al seruicio del Rey: ita cauetur lege 34. d. tit. 18. part. 3.**

15 De his igitur tñ gratis, quæ non sunt secundum forum nec contra eum: que son de donacion, de heredamiento, loquitur d. l. 27. in sua prima parte. De illis vero gratis de quitamiento de pecho, o de otro derecho, o cosa, vt in l. 49. eodem tit. 18. ibi: *E dezimos, loquitur d. l. 27. in 3. part. ibi: O de gracia, nempè de cæteris charis gratiæ, præter illas de donacion, de quibus locuta est d. lib. 27. in sui 1. part.*

Ex his igitur in summa habemus veram differentiam omnium priuilegiorum & chartarum, ac intelligentiam & sensum d. l. 27.

16 *Resoluimus igitur primo, que el priuilegio de donadio, de heredad, o otra cosa que el Rey da a otro, no le deue ninguno juzgar sino el mismo Rey que le concedio, o los que Reynaren despues del, vt in 1. p. d. l. 27.*

17 *Lo tñ segundo, que los otros priuilegios que son de confirmacion en forma comun pueden conocer y juzgar los iueces ordinarios de las tierras donde fueren mostrados.*

18 *Lo tñ tercero, que las otras cartas y priuilegios foreras, id est, segun fuero, o en que se concede algun fuero, y de las otras gratias en que se da quitamiento de pecho, o portazgo, o otra cosa, si naciere conuentiona sobre ellos, deuen la juzgar los iueces ante quien parecieren*

en la forma que dize la dicha ley 27. in fine. Itaque dicta tñ lex 2. & lex 28. præstunt ac distinguunt 19 priuilegiorum & chartarum Regiarum formam, modum ac vim, eamque ponunt in triplici differentia. Lex autem prædicta 27. declarat, vt vidimus, quis debeat de singulis eorum indicare, quando contingat de aliquo dubitari circa vnum quodque eorum. Recte igitur secundum hoc intellexit dict. leg. 27. Gregorius Lop. ibidem in gloss. gratia, in 1. intellectu, (licet sic non declarauerit) nempè vt eadem lex in suo principio loquatur, quando est dubium circa priuilegium Regis super rebus ab eo donatis de patrimonio Regali, veluti si donauit aliquod castrum, vel aliud quid simile: hæc enim iuxta leges Partituras dicuntur donatia Regis; de alijs vero gratis, quæ non euacuant patrimonium Regis, sed sunt à Rege, alias quilibet iudex competens possit cognoscere super valore gratiæ vel interpretatione ipsius, siue principaliter siue incidenter, vt in fin. d. l. 27. & quod hoc modo limitentur, quæ supra retulimus de iure communi. Hæc autem gratiæ, quæ non euacuant patrimonium Regis sunt de quitamiento de pecho, portazgo, bueste, & similia, de quibus supra, vt ibi probauimus: ex quibus, vt patet, patrimonium Regis non euacuatur, sicut in prioribus, nempè cum aliquid donat de rebus suis immobilibus, vel similibus radicatis in suo patrimonio Regali.

Ratio tñ autem differentie entre priuilegios de donadio, de heredad, o otra cosa semejante, y las otras cartas foreras, y de gracia de quitamiento de pecho, & similibus iurium: quare de prioribus solus Rex cognoscatur & iudicet: de reliquis vero iudices ordinarij competentes, cum aliquod exortum fuerit dubium de valore gratiæ vel eius interpretatione, iam clare ex supra dictis patet: in illis enim maximum præiudicium Regis verti contingeret si posset iudices ordinarij de his cognoscere & iudicare aliter sentiendo, quam Rex ipse, qui concepit: euacueretur namque patrimonium Regis; de istis vero non sic, quia in his non agitur de rebus corporalibus Regi acquisitis ac de suo patrimonio, sicut in illis prioribus; sed de iuribus incorporalibus, quæ licet sint Regi acquisita, ac de suo patrimonio, sunt tamen exigenda à personis vaſallorum in posterum & redigenda in patrimonium Regis. Et quamuis hoc etiam sit patrimonium Regium, non tamen adeo considerabile est, prout sunt cæteræ res corporeæ, quæ nimis, euacuant patrimonium Regis.

In casu tñ autem nostræ l. 6. lib. 4. *Noue Collect. Reg.* non dubitatur de valore priuilegij vel gratiæ, nec agitur de ipsius interpretatione, sed tantum de executione ipsius: nempè vt si soluere debentes id recuset, compelli debeant non per iudicem Ecclesiasticum, eo quod sint concessa Ecclesijs vel personis Ecclesiasticis, sed per iudices seculares, qui habent iurisdictionem Regiam, emanatam à Rege, qui concessit prædictas gratias: si enim aliud facerent donatarij, abuterentur priuilegio, & ideo merito vt illud admittant contra facientes, argum. leg. 2. Cod. de iur. domin. imper. & l. cum proponas, la 2. C. de pact. c. cum accessissent, de consuet. l. 43. titul. 18. part. 3. ibi: *Por la primera voz, &c.* & quod abutatur priuilegio exigendo in gratijs Regijs contenta per iudicem Ecclesiasticum: patet, quia Rex noster in his priuilegijs de mercedibus y limosnas, &c. semper à communiter accidentibus præcipit suis iudicibus Regijs quibus

quibus fuerit sum hoc privilegium productum, videlicet faciendi & observandi, & contravenire non sinant aut permittant villo modo sub pena, &c. Igitur si coram aliis iudicibus, nempe Ecclesiasticis, executione privilegii huiusmodi petatur, iam privilegii utitur alio modo privilegioque sibi concedo, & in praedictum iurisdictionis Regis, qui id concessit: merito igitur quod id amittat.

22 Ex quibus iam denique inferitur, quod si in casu nostrae legis vel alio contingat dubitari de valore privilegii vel interpretatione ipsius principaliter vel incidenter, debeat servari de iure Regio distinctio *dist. l. 27*. quam praediximus, ut sciat, quis debeat de privilegio iudicare: nempe ut si privilegium sit de donatio de hereditate *o do otra causa*, provt esse videtur id, de quo in nostra lege Regia, Rex solus de eo iudicat: si vero de quitamento de pebor, o de portazgo, vel aliorum iurium: alij iudices inferiores competentes, & in hoc secundo casu non videtur loqui nostra lex.

23 Secundo ex superioribus deducitur, dubiam videtur opinionem Ioan. Garc. de nobilitate, *gloss. 1. §. 1. num. 3*: ibi: *Pone concessam*, existimantis, quod concessa immunitate omnium iurium Regalium, aut gabella hoc nomine contineatur, ad fenatores pertineat, quia agit de sensu & mente concessionis. Secus si concessa sit immunitas gabellae, sed dabitur, an sit vicinus illius loci, cui privilegium concessum est, quia de facto est questio, ideo ad inferiores iudices eundem est, an venderis, an tradideris in loco rem venditam: haec namque distinctio in hac specie, est iuri communi conformis sit, iure tamen Regio iuxta praedicta procedere non valet, utroque siquidem casu iudices inferiores competentes cognoscere possunt, quia agit de gratia Regis circa exemptionem & quitationem omnium tributorum; tunc enim debent ipsi iudices de ea iudicare, *tomando el entendimiento della a la mejor parte, e a la mas derecha, e a la mas prauichesa, e a la mas verdadera segun derecho* ut expresse cauetur in dicta lege *27*. in *versic. E si plus otras cosas fornas, o de gracia*. Et ita videtur tenendum: haec enim gratia, de qua agit Ioan. Garc. vbi modo eum citauius, non est contenta in prima parte *dist. leg. 27*. de qua solus Rex concedens cognoscit, sed de aliis, quia est de quitamento iurium Regalium, ut in *dist. leg. 2*. & in *dist. leg. 34*. & *49*. Quod si replices: Haec gratia immunitatis omnium iurium Regalium est nimis praedictis ipsi Regi, sicut privilegium de donatio de hereditate, & simil. Respondeo nihilominus utramque valere & esse probandam, ut patet ex praedictis legibus Regis, praecipue *d. l. 34*. Sed quia illa est gratia immunitatis & quitationis, non vero de donatio de hereditate, &c. ad inferiores iudices competentes pertinet de gabella iudicare, an comprehendatur in praedicta gratia generali, nec ne: qui quidem servabunt tenorem & formam *dist. leg. 27*. in *fin.* modo relatae, quod si malefice aliud fecerint, infamia notabuntur, & eorum sententia erit nulla, & Rex ipse adendum erit, ut dubium praeratum declararet, provt si videbitur, ut cauetur in *dist. l. 27*. in *fin.*

24 Tertio ex supra dictis inferitur, dubiam similiter reddi, imo non veram iure Regio opinionem Otalor. de nobilitate. *3. part. cap. 2. num. 5. 4. part. cap. 3. num. 1.* & *2.* tenentis, quod causae nobilitatis descendentes ex privilegio, solummodo possunt tractari coram auditoribus veriusque cancellariis,

Granatens. nempe & Pincianae, quibus datum est, ut de Principum privilegii, & eorum interpretatione & validitate cognoscant: imo ipsi solum possunt cognoscere, quia ius partium dependet ex facto & privilegio Principis, & quia ipsi sunt iudices supremi, & representant Principis personam, eorum est cognitio, quia eius est declaratio, cuius fuit largitio, ut in *l. fin. ff. de constit. Princip. & in d. cap. cum venissem*. Quae resolutio Otalorae temperanda est iuxta supra tradita de iure communi circa intellectum *d. cap. cum venissem*, de quibus supra in principio huius quaestiois, secundum Ioan. Garc. vbi supra *n. 3*. vbi quod alias indistincta nec iudicaria, nec vera est. Quod fatemur recte procedere iure communi, ut supra resoluimus: attamen cum iure Regio attenda *d. l. 27*. in *ultima parte*, *instit. d. l. 2. & 34. tit. 28. part. 3*. gratiae & privilegii de quitamento de pebor debeant per iudices coram quibus producuntur, si contentio aliqua super eis oriatur, iudicari servata forma *d. l. 27*. in *fin.* ipsi iudices inferiores competentes poterunt de eis tractare & ita videtur tenendum, nisi aliud ordinatione Regia, iussive Regis speciali cautum aut praecipuum fuerit, quia id erit observandum proculdubio.

S V M M A R I V M.

- 1 Laicum pauper conveniens defuncti heredem vel testamentum laicum pro legato pio sibi relicto coram iudice Ecclesiastico, an incidat in penam *l. 10. ut. 1. lib. 4. Non. Collect. Reg. & n. seg. dignetur pars negativa num. 2. & n. 16. limitatur, stante consuetudine in contrarium.*
- 2 Lex generalis non corrigit praecedentem specialem.
- 3 Lex quod non expressit censendum est noluisse.
- 4 Nunquam per subauditum intellectus induci debet iuris communis correctio, nisi expresse ea fiat.
- 5 Per leges Partium non est inducenda iuris communis correctio, quando ipsa expresse non sit.
- 6 Iudex Ecclesiasticus est competens in relictis ad pias causas.
- 7 Laici in concernentibus pietatem Episcopo sunt subditi: & in *num. 9*. reuocantur quaedam huius exempla.
- 8 Lex *10. ut. 1. lib. 4. Non. Coll. verba*: Sobre denadas, o cosas profanas, &c. ad secundam prohibitionem referenda sunt, & *n. 13*.
- 9 Clausulam in fine positam, ad omnia praecedentia referendam esse, limitatur *n. 12*.
- 10 Ad Episcopum spectare compellere executores testamentarios, ut adimpleant testamenta, quomodo intelligatur.
- 11 Pro legato factis alicui pio loco vel Ecclesiae, capella, vel hospitali, &c. Episcopus est iudex competens.
- 12 Consuetudo sufficiens est ad excusandum a pena legis temporali: quod procedit etiam si praedicta consuetudo esset iniqua & irrationabilis, licet non excusaret a pena divina, ut in *n. 18. & 19*. quomodo hoc intelligatur: & quod consuetudo etiam non legitime prescripta excuset a pena temporali, *n. 20*.
- 13 Consuetudo etiam iniusta excusat a crimine & poena, saltem in foro contentioso in terminis usurarum, quando aliquis contractus passim fieri consueverunt in patria.

- 22 Consuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum & excusat facientem solum, non solum a dolo, sed etiam a culpa.
- 23 Consuetudo semper excusat etiam a poena aeterna, non tota, sed tanta: aliquando a tota.
- 24 Faciens quod consuetum est committere fieri, non est in culpa.
- 25 Consuetudo bene potest penam legis miorem facere.
- 26 Consuetudo Civitatis, quod iudex Ecclesiasticus cognoscit contra laicos de immunitate, de locis esculados dez metos de la fabrica, Ecclesiae Cathedralis est valida.
- 27 Iudex Ecclesiasticus erit iudex competens pro legato pio solvendo, etiam contra laicum testamentarium simul cum clerico.
- 28 Dotis causa tunc est mixti fori, quando de ea agitur incidens, quia principaliter tractatur de causa matrimonii coram Ecclesiastico, secus alias: idem in alimentis, *n. 29*. & quomodo hoc intelligatur, *n. 30*.
- 29 Super dote & alimentis relictis in testamento pauperibus personis iudex Ecclesiasticus est competens contra laicum etiam principaliter, & ad instantiam partis: quod etiam iure Regio procedit, ut in *n. 31*.
- 30 Iudex Ecclesiasticus non erit iudex competens contra laicos pro legato dotis, vel alimentorum non pio, ut hic.

Q V A E S T I O XXIX.

In legib. 10. tit. 1. lib. 4. Nonae Collect. Reg.

Vtrum laicus pauper conveniens defuncti heredem vel testamentarium coram iudice Ecclesiastico pro legato pio sibi relicto in testamento pro alimentis, vel puellae pauperi pro dote sibi in testamento relicta incidat in poenam l. Regia.

VERO primo circa hanc l. an laicus pauper conveniens defuncti heredem vel testamentarium laicum coram iudice Ecclesiastico, pro legato pio sibi relicto in testamento pro alimentis vel puellae pauperi pro dote sibi in testamento relicta, incidat in poenam huius l. Et profecto pars affirmativa indubie videtur ex littera nostrae legis, quae ita se habet. *Ordenamos y mandamos, que ningun lego sea ofado de demandar, citar, ni emplazar a otro lego de lante del iuez de la Iglesia, &c.* & ibi: *Sobre denadas, o cosas profanas a la Iglesia no pertenecientes, &c.* Res namque haec profana est, & ad Ecclesiam non pertinens: igitur, &c. Contra in terminis fuit conclusum in Capella Tolosana, *q. 214. ex Collect. in cap. Ioan. de testam. in princ.* Eandem sententiam in terminis nostrae l. tenet & probat D. Azued. in *presentis n. 149. cum duobus seqq.* vbi allegat Capellam Tholosan. vbi supra in *quest. 51.* & limitat in legato relicto pro missis dicendis, pro calice & cruce reparandis, vel annuatario dicendo, secundum Guid. Pap. *Decis. Delphinas. 576. numer. 2.* est tamen *num. 3*.

Ego tamen antequam viderem scripta D. Azued. tenui in hac specie opinionem proterus contrariam praecedenti *lib. 1. pract. quest. 9. 44. num. 1 cum seqq. & num. 10.* & nunc quoque his visis eandem meam sententiam probo atque confirmo pro

veriiori, & magis iuri conformi: tum ex his quae ibi pro ea adduxi, quae profecto sunt iudicaria, & communiter recepta in terminis nostrae quaestiois, tum etiam quia non obert si dicatur ea recte procedere attento iure communi, non vero stante nostra lege Regia, eiusque nuda atque rigida prohibitione: nam respondeo, quod lex nostra duo prohibet adiectis poenis contra facientibus: Primum, quae nungun lego sea ofado de mandar citar, ni emplazar a otro lego delante el iuez de la Iglesia. Secundum, quae no haga, ni otorgue obligacion sobre si, en que se someta a la iurisdiccion Ecclesiastica sobre denadas, o cosas profanas a la Iglesia no pertenecientes, so pena que por el mismo hecho pierda la accion, y se adquiera al Rey, y pierda el oficio que tuviere, y si no le tuviere, no pueda aver otro, y caya en pena de diez mil maravedis, aplicados vt in hac l. Primum igitur est quaedam generalis prohibitio, quae nungun lego demande cite, ni emplaze a otro lego delante del iuez de la Iglesia. Per hanc autem novam generalem prohibitionem ius speciale non corrigitur in lib. sciendum, *instit. gloss. 2. ibi & Inf. n. 5. ff. qui satisfacere cog. gloss. communiter approbata in l. 3. Cod. ad silent. lib. 12. in verb. decurionibus, Batt. in l. sed & posteriores, ff. de legibus, & ibi Ioan. Orosc. num. 2. idem Ioan. Orosc. in l. 1. num. 33. ff. de constit. Princip. & ibi Inf. num. 16.* vbi alias gloss. allegat, & late Felin. in *cap. 1. num. 10. cum sequent. de re script. Menchac. de success. creat. §. 3. num. 6.* & Ludouic. Mexia in l. Regia Tolos. in *6. fundamento 2. part. n. 18. cum seqq.* Quod si aliud vellet lex nostra expressisset dicendo, *nunquae sea pro legados pios*: Cum tamen igitur hoc non expresserit, censendum est id noluisse, *argum. l. vnic. §. vbi autem, vers. fin. autem ad deficientis personam, in fin. ibi.* Nam si contrarium volebat, nulla erat difficultas consuetum ea dispendere, *Cod. de caduc. tollen. text. ad idem in cap. inter corporalia, de traslat. Episc. & in cap. ad audientiam, de decimis, congerit plura concordantia Tiraq. in l. si unquam verbo libertis, n. 3. C. de renoc. don. Beccius, conf. 12. num. 44. & conf. 2. num. 16. lib. 1.* Praeterea nunquam tamen per subauditum intellectus induci debet iuris communis correctio nisi expresse ea fiat: quod enim non mutatur quare stare prohibetur? *leg. sancimus, Cod. de testam. l. praecipimus, Cod. de appell.* Et ita admonet Gregor. Lop. *per 6 text. ibi, leg. 9. in gloss. a mundar. tit. 13. part. 6.* ut caueamus multum in dicendo, quod leges Partitarum corrigant ius commune: nam cum hoc lex illa voluit, id expressit. Idem ergo erat generaliter dicendum in quocunque iure Regio. Denique si aliud diceremus, correcti essent etiam omnes casus mixti fori, in quibus iudex Ecclesiasticus habet de iure cognitionem, veluti in causa facultatis, & vtarum, incestus & similibus: hoc autem esset absurdum, quia lex non exprimit, & quod in praxi videmus contrarium: ergo ita & eodem modo correctus esse non videtur noster casus: Cum tamen in relictis ad pias causas, nempe Ecclesiae & pauperibus, iudex Ecclesiasticus sit competens, ut tenet *gloss. 1. & vltim. in cap. relatum, in primo de testam. & ibi Abb. Imol. & Barb. & Co. uar. num. 13. aduersus Anchar. & Maran. de ordine iud. 4. part. princip. in 11. destin. iudic. num. 6.* & optime Tiraq. de privileg. *caus. pie, privileg. 149.* vbi quod relictum ad pias causas est mixti fori, & quod vbi versatur causa pietatis, habet etiam Episcopus iurisdictionem in laicos: In concernentibus tamen animi pietatem laici subiecti sunt Episcopo, secund. Stephan. Aufer. in *tra. de posse Ecclesiast. supe*

super laicos, num. 3. vol. 14. tract. diuersi. doct. in an-  
9 equit. Licet t eius exempla in specie tamen diuer-  
sa mihi non placeant, nec saltem in praxi sint re-  
cepta, vt tenuit D. Couar. lib. 3. var. resol. cap. 14.  
num. 5. vers. final. illius num. & cum eo Azuced. in  
hoc l. 10. num. 72. circa finem.

Cum igitur lex nostra hoc ius speciale anti-  
quius non sustulerit expresse, non est dicendum  
esse correctum nec sublatum, praesertim ad facien-  
dum incurtere in poenam laicum pauperem, qui  
hoc iure vltus pro legato pio sibi relicto in testa-  
mento, haeredit vel exequuorem testamenta-  
rium coram iudice Ecclesiastico conueniri: nullo  
iure Regio specialiter id prohibente, sed potius iure  
communii permittente. Non igitur voluerunt  
conditores nostrae l. tollere Episcopis iurisdictionem  
in casibus a iure communi permisis, nec de eo  
verbum vllum in nostra l. Beneficium igitur  
laicis concessum generaliter per nostram leg. ne  
coram iudicibus Ecclesiasticis conueniantur atque  
vexentur in causis profanis, ad Ecclesias non per-  
tinentibus interpretandum est sine prauiudicio ter-  
tij, h. e. Episcopi eiusque iurisdic. in casibus in  
quibus eam habet, & habere possunt alias in lai-  
cos a iure, vt in l. 2. §. si quis a Principe, ff. ne quid  
in loc. publ.

Quod si quaeras; Quid igitur noui induxit no-  
stra lex, si hoc non attulit, quandoquidem id quod  
dicimus prohibuisse simpliciter & generaliter iure  
communii quoque esset prohibitum, & sic vide-  
batur de dubio non seruire, contra l. quod Labeo,  
ff. de Carb. edit. Respondemus legem nostram pro-  
hibitioni suae, & antiquae nouas speciales poenas  
addidisse, quae sunt in ea contentae.

Secundum autem, quod prohibet nostra lex,  
nempe que nungum lega haga ni orque obligaciones (s-  
bre si, en que se someta a la iurisdiccion Ecclesiastica,  
sobre dondas, o cosas profanas, a la Iglesia no pertenecientes,  
ad nostram speciem non attinet. Quo t fit  
vt verba illa, sobre dondas, o cosas profanas a la Iglesia  
no pertenecientes, referenda sint ad secundam  
hanc prohibitionem proximam, non vero ad  
remotioem. Quod t si dixisset clausulam in fine  
positam (vt pote generalem ad omnia praecedentia  
referendam esset, vt in cap. 2. requiris, de appell. &  
ibi communiter DD. & praecipue Dec. in 3. vbi se-  
ptem modis limitat, & in l. talis scriptura, §. fin. ff.  
de legat. 1. & ibi Bart. & l. fin. ff. de reb. dub. Bart. &  
DD. in l. si idem cum eod. ff. de iurisdi. omni. iud. Matth.  
de Afflict. decis. Neapol. 248. n. 10. Et ita quod verba  
illa, o cosas profanas a la Iglesia no pertenecientes,  
ad primam quoque prohibitionem sint referenda,  
atque proinde prohibitionem illam comprehen-  
dere nostrum casum, cum legata pia sint res pro-  
fanae, & ad Ecclesiam non pertinentes. Responde-  
mus nihilominus praed. verba magis spectare ad  
secundam prohibitionem generalem, vt patet ibi,  
Sobre dondas, o cosas profanas, &c. Nam verbum  
precedens, Sobre dondas, necessario referendum  
est a las obligaciones en que se someten a la iurisdiccion  
Ecclesiastica, nempe, sobre dondas: ergo quae sequuntur,  
o cosas profanas, eidem orationi immediate  
praecedenti adiecta censentur per alternatiuam, o,  
quae denotat diuersitatem rerum super eodem fa-  
cto. Secundo respondeo, quod etiam si verba praed.  
ad vtramque prohibitionem referrentur (quod  
12 non videtur ex praedictis, & quia t prima prohi-  
bitio habet suam qualitatem determinatam, quo  
casu limitatur praed. reg. generalis, vt cum Abb.  
& aliis probat Dec. vbi supra in vers. 3. quando) ad-

hinc tunc cum ad Ecclesiam eiusque iurisdic. per-  
tineat quoque iure communi posse cognoscere de  
legatis piis, sicut ad iudicem saecularem, vt praedi-  
ximus, videtur casus noster exceptus per nostram  
l. a contrario sensu in fauorem Ecclesiae eiusque  
iurisdictionis, & sic potius nostra lex ita conside-  
rata astringit pro hac parte, quam pro contraria.  
Et t considero praeterea, quod hic intellect. ho-  
rum verborum, a la Iglesia no pertenecientes, i. e. ad  
iurisdictionem Ecclesiae non pertinentes proprior  
videtur, quam si intelligeremus de rebus ipsis tem-  
poralibus Ecclesiae, super his enim Ecclesia debet  
regulariter conuenire laicum in suo foro, ex reg.  
iuris generali, quod actor debet sequi forum rei,  
nempe si reus conuentus rei vendicatione proba-  
biliter neget esse d. rem Ecclesiae, vt cum commu-  
ni resoluimus lib. r. Canon. q. 34. n. 7.

His igitur sic probatis, restat vt respondeamus  
fundamentis contrariis & in primis decisio Cap-  
ellae Tholof. 214. fundatur solum auctoritate  
Collectarij in dict. cap. Ioan. de testam. & tamen in  
eamer specie contrarium expresse probatur glossi  
& DD. supr. citati, in dict. cap. relatum, num. 1. nec  
non & alij, quos supr. adduximus; & ita contra-  
rium magis recipitur: nec est immorandum in  
hoc, cum causa pia sit tractanda, iuxta iuris Pon-  
tificij constitutiones, & ideo nil mirum si eius co-  
gnitio & definitio Ecclesiasticis iudicibus iure  
quoque competat, vt inquit D. Couar. in d. cap. re-  
latum 1. in finalibus verbis: altera vero decisio Cap-  
pellae 51. nihil obstat, quia diuersus casus a nostro  
ibi fuit decisus: imo fatetur illa decisio, quod iudex  
Ecclesiasticus possit esse iudex & executor testa-  
mentorum. Neque obstat, quod ibi Stephan.  
Auf. dicat, quod Episcopus non potest se intro-  
mittere de legatis ad instantiam legatarij, licet pos-  
sit ex officio, quia loquitur expresse in legatis non  
piis, non vero de piis: & idem fuit conclusum  
quasi. 112.

Non etiam obest aliud motiuum Azuced. nempe  
se non negare iudicem Ecclesiasticum adire posse  
pro adimplemento legati pij, secund. Couar. &  
Tiraq. supr. relatos: sed dubitare an laicus pro le-  
gato pio possit laicum conuenire coram iudice  
Ecclesiastico, absque nostri text. poena; t quia  
lib. 7. tit. 10. part. 7. quae probat ad Episcopum  
spectare compellere executores testamentorum,  
vt adimpleant testamenta, si negligentes sint, quia  
hoc e. quid pium & quasi spirituale, tantum pro-  
cedit & loquitur, data negligentia testamentarij,  
& cum Episcop. ex officio procedit: nos vero agi-  
mus cum proceditur ad petitionem partis, & nul-  
la negligentia data, eo quod conuentus nondum  
fuerit testamentarius coram iudice laico. Hoc  
namque fundamentum eo est diluitor: quia si non  
dubitat auctor hic iudicem Ecclesiasticum adiri  
posse pro adimplemento legati pij, secund. Couar.  
& caeteros: Ergo id licite & impune permititur,  
quia quod legitime factum est, poenam non meretur,  
l. Gracibus, cum similib. C. de adul. Vnde si de hoc  
non dubitat, nec dubitare debet de poena, quod  
non incurrat per praedict. At quod d. l. 7. Partite  
procedat data negligentia testamentarij, & cum  
Episcop. ex officio procedit, similiter non obstat,  
quia id verum est in executione totius testamenti,  
& omnium in eo contentorum, tam piorum quam  
non piorum, vt patet ex eadem l. & ex c. si heredes,  
de testam. & ibi DD. quo casu nos idem fatemur,  
vt pote iuridicum: At vero nos hic de speciali le-  
gato ad pias causas, vel pauperi relicto in alimenta  
vel

vel dotem, quod etiam est pium, quando puella  
pauperi relinquatur, & in eo DD. nostri non requi-  
runt negligentiam testamentarij vel iudicis saecu-  
laris, ad hoc quod coram iudice Ecclesiastico peti  
possit, nec dicunt quod ex officio id liceat, no vero  
ad petitionem partis, sed simpliciter & indistincte  
tenent, quod legata relicta Ecclesiae, vel pauperi-  
bus, & sic ad pias causas: possint iure peti coram  
iudice Ecclesiastico. Si peti possunt coram ipso, ergo  
potest iudex Ecclesiasticus procedere in eis ad  
instantiam partis; & ita censeo tenendum.

Ex quibus t omnibus inferitur esse veram a for-  
tiori limitatione praefati auctoris suae opinionis,  
dum existimauit eam non procedere in legatis fa-  
ctis alicui pio loco, vel Ecclesiae, capellae, vel hos-  
pitali aut, auctoritate Episcopi constructo, veluti  
si esset relicto tum Missis, vel annuo annuuer-  
sario dicendis, vel pro cruce vel calice reparandis, haec  
enim peti possunt coram iudice Ecclesiastico sine  
poena nostrae l. Maior siquidem hac in specie ratio  
occurrit, nempe & pro pia causa atque religione,  
& pro read Ecclesiam pertinenti: quod prius proba-  
uit Guid. Pap. q. 576. n. 3. vbi quod causa, quae ori-  
tur super annua praestatione pro annuuerariis de-  
fundatorum, pertinet ad forum Ecclesiasticum, si-  
cut videmus de causis mortalegiarum, quae ad fo-  
rum Ecclesiasticum pertinent, secund. Ioan. Andr.  
& Host. in c. susceptor, de sus. compet. & addit quod  
omne id, quod relinquitur pro anima, censetur esse  
relicto ad pias causas, vt ibi probat. Similiter t &  
secundo altera limitatio eiusdem auctoris, sc. Azu-  
ced. quod si consuetudine esse obrentum laicos testa-  
mentarios conueniri per laicos legatarios coram  
Ecclesiastico pro adimplemento legati & testame-  
16 ti, vera est atque indubia. Quia t consuetudo suf-  
ficiens est ad excusandum a poena temporalis, vt te-  
net glossa, in fin. in c. cum venerabilis, de consuet. & ibi  
communiter DD. Quod procedit, etiam si praed.  
18 consuetudo t esset iniqua & irrationabilis, licet  
non excusaret a poena diuina, vt plures allegans  
tenet Ioan. Orosio, in l. quod non ratione, n. 7. & 8. ff. de  
l. & latissime probat lal. in l. de quibus n. 7. cum seqq.  
ff. de l. & in l. singularia, n. 46. in fin. cum seqq. ff. si cer-  
per. & ibi addit. Bart. n. 25. lit. a. idem lal. in l. 3. §. fin. n.  
16. ff. de iur. iur. & latissime D. Cou. de pactis in 6. 1.  
19 part. 3. 7. n. 12. col. 2. illius n. Vbi t hoc intelligit in  
consuetudine, quae dubium actum interpretatur,  
cum esse licitum dictas: nam si actus vere illicitus  
esset, & clare legi diuinae vel naturali contrarius,  
consuetudo quantuncunque longi temporis, mi-  
nime excusaret a poena temporalis, secundum ipsum.  
20 Et t quod consuetudo etiam non legitime praescri-  
pta, sed quando aliquid fit per quatuor vel quinque  
annos, & publice licite arbitrat, hoc solum  
excuset a poena temporalis, tenet ac probat Caeppol.  
in consuet. 13. per totum, & in materia bene per Hipp. in  
l. 1. in prin. n. 8. cum seqq. ff. ad l. Corn. de sicar. Et quod  
21 t consuetudo etiam iniusta excuset a crimine &  
poena, saltem in foro contentioso, in terminis vsu-  
rarum quando aliqui contractus passim fieri con-  
sueverunt in patria probat cum aliis Aym. Crau.  
22 conf. 145. n. 12. Et generaliter, quod t consuetudo facit  
licitum, quod alias erat illicitum, & excuset  
facientem solum, non solum a dolo, sed etiam a  
culpa, Rolin. a Vall. conf. 75. n. 45. vol. 1. & conf. 96. n.  
31. vol. 2. & conf. 13. n. 7. l. 4. vbi allegat in hoc gl. qua  
dicit communiter approbatam, in c. tua nobis, de  
24 sym. quam ipse non inuenio. Imo t arbitratum Na-  
uarr. in c. consideres, s. tanto, n. 6. de parti. dist. 3. con-  
suetudinem semper excusare etiam a poena aeterna

non tota, sed tanta, aliquando a tota. Et quod t  
faciens quod communiter consuetum est fieri, non  
sit in culpa, tenet etiam Paris. de Put. tract. ff. iudi. in  
parte si an plures carcerati, n. 15. vol. 2. rr. diuer. Doct.  
fol. 60. in antiquis, vbi bene inferit ex hoc in fau-  
rem carcerarij. Similiter etiam consuetudo bene  
t potest poenam legis mitiorem facere, vt probat  
cum aliis Auend. 2. p. c. 16. part. n. 15. Ex quibus t  
satis superque probata remanet secunda limitatio  
praefata in terminis nostrae l. inferitur etiam con-  
suetudinem huius ciuitatis, qua habetur, quod iudex  
Ecclesiasticus cognoscat super immunitate  
officiorum de los escusados dez meros de la fabrica de  
la Cathedral de esta ciudad, aduersus concilia, & ho-  
mines oppidorum huius ciuitatis, suiq; Episcopatu  
esse validam & omnino seruandam, ac proinde  
de ea probata, non esse condemnandum laicum  
ad poenam coram iudice Ecclesiastico etiam con-  
tra laicos poena, de qua in hac nostra l. per supra  
dict. vt in casu huiusmodi occurrenti defendimus,  
licet ad sententiam distinctiuam non fuerit peruen-  
tum, sed laicus de hoc denunciatus fuit, & relaxatus  
sub fideiussoribus: idque congruum rationi est  
cum res haec, id est immunitas huiusmodi, sit in fa-  
uorem Ecclesiae Cathedralis huius ciuitatis, y de  
sus escusados dez meros, ac proinde tanquam pro re,  
immunitate & praemineria Ecclesiae, consuetudo  
iure optimo valere debet. Deducitur quoque ex su-  
perioribus t quod etiam contra laicum testamentarij  
27 simul cum clerico erit competens iudex Ecclesiasti-  
cus pro legato pio soluendo licet vnusquisq; eorum  
sit testamentarius laici in solidum, nedum clericus:  
vt ex sup. dict. patet: tamen si consilius erit ad eui-  
tandam calumniam & vexationem, vt contra cleri-  
cum tunc agatur coram iudice Ecclesiastico, & contra  
laicum coram saeculari, licet si secus fiat non incur-  
retur poena huius iuxta supra resoluta. Vltimo t  
28 inferitur, quod etsi causa dotis sit mixti fori secud.  
vnam communem opin. verior tamen communis  
etiam, & tenenda est, vt tunc demum causa dotis sit  
mixti fori, quando incidenter agitur de ea, quia  
principaliter tractatur de causa matrimonij: tunc  
n. incidenter posset iudex Ecclesiasticus de dote  
etiam contra laicum cognoscere, secus alios, vt late  
resoluimus l. 1. praed. q. 44. n. 6. cum seqq. quod &  
probauit Pal. Rub. in resp. c. per vestras de donat. in-  
ter vir. & vx. 2. notabil. n. 20. Idque verum & iuri-  
dicum videtur D. Molinae lib. 2. de Hispan. primog.  
cap. 15. n. 76. vbi idem in alimentis resoluti t ad-  
29 dens quod contraria opinio apud suprema tribu-  
nalia non admitterentur: sequitur etiam nouissi-  
me Azuced. in hac l. 10. num. 44. & 45.

Hae t tamen vera esse intelligo in dote & ali-  
30 mentis debitis a lege vel per contractum promissis  
etiam pauperibus personis vel per testamentum reli-  
ctis non pauperibus: tunc enim iudex Ecclesiasti-  
cus principaliter de eis contra laicum cognoscere  
non poterit secus incidenter, quando principaliter  
agitur de matrimonio coram eo, & sic cum causa  
temporalis dotis venit accessorie ad spirituale  
matrimonij, & in hoc casu loquitur text. in c. de  
prudencia, de donat. inter vir. & vxor. & ibi Abb. &  
communis opinio, quam refert D. Molinae vbi su-  
pra. Super dote tamen vel alimentis relicto in tes-  
tamento pauperibus personis iudex Ecclesiasticus  
erit competens contra laicum etiam principaliter  
& ad instantiam partis, tum ratione pietatis, tum  
etiam quia hoc legatum pium relinquunt in testa-  
mento, cuius est exequutor Episcopus, & sic cau-  
sa in hac specie est mixti fori, vt supr. deduximus,  
quod

quod minime corrigi nostra lex, & in terminis iuris communis ita probavit Bart. in l. solent. n. 13. ff. de alim. & cib. leg. dicens, quod ubi alimenta sunt relicta ob non piam causam, vt vxori suæ, & non pauperi, & tunc coram iudicibus secularibus peti debent: si vero alimenta sunt relicta pauperibus, tunc non solum iudex laicus, sed Episcopus potest cognoscere, vt in cap. significans. de officio deleg. Quam doctrinam Bart. sequitur Ioan. de Imol. in pluribus locis, provt refert & sequitur ibi additio Bart. lic. B. & Palat. Rub. vbi supr. n. 19. dicens esse de hoc textum in dict. c. significans, & quod ibi notant omnes, & in c. si heredes, & in c. tua, de testam. & loquitur etiam in dote idem sentiens in ea, quod in alimentis: sequitur etiam D. Couar. in quarto, 2. part. c. 8. §. 6. n. 6. Et licet D. Molina & Azueed. vbi supr. in hoc etiam velint contrarium, nisi quando causa dotis vel alimentorum incidenter & accessorie concurrat cum causa spirituali principaliter intentata, iuxta Abbat. & communem opin. in d. c. de prudentia, & Palat. Rub. vbi supr. n. 20. quasi tunc tantum iudex Ecclesiasticus sit competens causæ temporalis: eorum tamen opinio ex eo corrumpitur videtur, quia communis opinio Abbatis & aliorum in d. c. de prudentia, per text. ibi, & Palat. Rub. d. n. 20. non loquatur in nostra specie dotis & alimentorum pauperibus personis testatorum in testamento, tunc enim iudex Ecclesiasticus est competens etiam contra laicum, sicut secularis, etiam si principaliter causa hæc ad eum deferatur, secundum Bart. in d. l. solent. n. 13. & DD. supra citat. sed loquitur Abb. & communis, vbi supr. alias regulariter & generaliter in causa dotis, nempe quod tunc demum Ecclesiasticus possit cognoscere de causa temporalis laicorum quando venit accessorie ad causam spirituales, non vero vbi de dote legitur principaliter, iuxta gl. secundam ibi communem & tenendam, vt resolimus d. 9. 4. 4. ex Ant. Gom. in l. 53. Taur. n. 53. contra alteram communem. Nihilominus tamen quamuis hæc communis vera sit, quam etiam probantur Molin. & Azue. vbi supra, ipsa limitatur ex doctrina Bart. in d. l. solent. n. 13. & sequacium, quoties alimenta vel dos relinquuntur pauperibus in testamento, vt prædicimus: Quæ limitatio est iuridica ex supradd. & se comparitur cum d. communi opin. Doctorum, de qua in d. c. de prudentia, vt patet ex ipsis, & ex eodem Palat. Rub. vbi supr. n. 19. & 20. quem pro se adducit D. Molin. Nam Palat. Rub. in dictis duobus numeris tenet vtrumque, nempe & communem opin. de qua in d. c. de prudentia, & limitationem Bart. in d. l. solent. n. 13. cum etiam hoc non fecisset, sufficeret quod Bart. Imol. & alij auctores antiqui ita limitent, vt recte possit teneri eorum opinio provt de iure censio esse tenendam, cum non sit improbat nisi per D. Mol. & Azue. vbi supra existimantes esse contrariam communi opinion. sup. dict. de qua in d. c. de prudentia, cum tamen vere contraria non sit eidem, sed exceptio ab ea, atque eius limitatio propter causam piam legatam in testamento relicti, quod est diuersum à casu communis opinionis.

31 At quod iure Regio attento idem dicendum sit, hoc est, vt nostra l. 10. ius commune præd. non corrigat, iam supra probauimus. Et confidero nunc præterea pro hac eadem nostra sententiâ verba l. 5. tit. 1. lib. 3. Ordinationum veteris, quæ hodie posita est est in duabus legibus nostræ Collectionis Regiæ, nempe in l. 4. precedentis huius tit. primi, & in hac l. nostra 10. Cum enim d. l. 5. referret tenorem l. præ-

cedentis & nostræ, qua canetur, Que qualquiera lego que traxere a otro lego, sobre causa profana, ante el juez de la Iglesia, en contra de las penas de las dichas leyes (hodie nostra l. 10. non dicit sicut olim, que traxere sino que ningun lego sea osado de mandar citar ni emplazar, & c.) statim iudicet. T de mas que los Prelados Ecclesiasticos y juez que usurparen la nuestra jurisdiccion Real, y en ella se entremetieren en los casos que no les es permitido por derecho, que por el mismo caso ayan perdido y pierdan la naturaldad y temporalidad, & c. Ecce ergo quomodo in casu nostræ l. hoc illa lex intelligit respectu penarum cõtra iudices Ecclesiasticos usurpantes iurisdictionem Reg. en los casos que no les es permitido por derecho. Ergo euidenti argumento, nec contrario sensu non incurrit prædicti iudices penam illius. Quando ipsi cognoscunt in casibus à iure nõ permisis, veluti qui sunt mixti fori, vt in specie nostræ quaestionis principalis: si ergo iudicibus hoc prohibetur in casibus à iure non permisis, in permisis censetur concessum, argum. a contrario sensu: & quia quod legitime factum est, penam non meretur, & si iudicibus id impune permittitur, etiam partibus: cum pena partium & iudicum Ecclesiasticorum in casibus non permisis ab eadem prohibitione procedat: ergo si ipsam non incurrit iudex Ecclesiasticus in casibus à iure permisis, nec pars in eam incidet eadem ratione: quod profecto vrgentiissimum fundamentum est. Et quamuis dicta l. 5. Ordinationum veter. in duas nouas huius tituli Noxæ Collectionis Regiæ diuisa & posita sit, nihil interest: validum namque est in iure argumentum à coniunctione duarum legum, l. Galius, si ille casus, cum similibus ff. de liber. & posthum. præmaxime cum in originali, hoc est, d. leg. 5. Ordinationum veter. ex qua lectæ fuerunt duæ noxæ, & sic in fonte & origine, à qua ipsæ deriuantur, essent vna eademque lex: cuius verba iam reuulimus, quæ sunt efficacia ad probandam hanc nostram sententiam principalem, vt vidimus: quam vtiore mole censio per prædicta, tamen ad euitandum offensam & vexationem iudicum secularium & denunciatorum consuliuntur sit coram iudice seculari agere hoc casu contra laicum. Si tamen huiusmodi legatum pium relictum pauperi petatur coram iudice Ecclesiastico contra laicum, non incurritur pena huius legis, iuxta hanc meam sententiam, quam probo.

Quod si legatum dotis vel alimentorum non sit pium, quia non relinquuntur in testamento pauperi: sed alias pro dote sibi promissa vel ipsa restituenda soluto matrimonio, laicus vel mulier principaliter agat contra laicum coram iudice Ecclesiastico, sub specie quod dos regulariter sit causa pia, incidit profecto in penam nostræ l. vt resolimus dict. quæst. 44. num. 9. ad fin. & sequitur hic Azueed. num. 44.

S V M M A R I V M.

- 1 Pena l. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. an incurritur per solam citationem abique liti contestatione, si ante eam peniteat auctorem, ad cuius instantiam fuit facta citatio? & n. seqq. eligunt opinio affirmatiua n. 2. cum seqq.
- 3 Ex sola citatione cum effectu facta incurritur pena d. l. 10. abique liti contestatione, vt in n. 4.
- 5 Prohibitus vocare alterum in ius sine venia, eo ipso quod eum vocat committit delictum perfectum, & venia non datur.
- 6 Prohibitus petere, an ex sola citatione delinquat: 7 Supra

- 7 Stipulatio penali non vocandi alterum in iudicium, committitur per solam citationem, & n. 8. & 9. quomodo hoc intelligatur.
- 11 Dicitio ni, que Latine dicitur nec, copulatiua negatiua est, & n. 12. quomodo hoc intelligatur.
- 13 Leg. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. in illis verbis, ni emplazar, intellectus, & n. 14. & 15.
- 16 Fundans se in aliqua l. vel statuto, debet probare ante omnia subiectam & qualitatem illius.
- 17 Agens ex statuto, debet probare se omnes qualitates statuti ad vnguem obseruasse.
- 18 Forma inducta ab statuto in dubio censetur substantialis, & ad vnguem obseruari debet.
- 19 Natura dictionis copulatiue est poni inter diuersas, alias stat extensiuæ.
- 20 Dicitio, nec, est implicatiua.
- 21 L. Nostra 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. tantum punit ipsum merum factum citationis, non vero iuris effectum.
- 22 Quando lex considerat solum factum & animum facientis, non autem iuris effectum, etiam ex actu nullo inciditur in penam: secus si considerat iuris effectum, & n. 35.
- 23 Qui tenetur actione personalis ex delicto, penitentia non liberatur.
- 24 Penitentia non admittitur in delictis, præterquam in scholastico accipiente pullos alienos: qui postea penitentia ductus eos restituit.
- 25 Purgatio moris non admittitur, ubi pena committitur propter maleficium: & quid in pena conventionali in transactione apposta: mun. 26. & 27.
- 28 Pena incurfa per solam citationem, non est locus penitentia vsque ad liti contestationem.
- 29 Pena quando incurritur per solam citationem, & quando ad hoc requiratur liti contestatio, ita vt ante eam licita sit penitentia, & n. seqq.
- 33 Cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus.
- 34 Libertus vocans patronum in ius sine venia, non ideo amittit actionem suam.
- 36 Pena quando imponitur ipso facto, non est locus penitentia.
- 37 Mora purgationi non est locus in pena cuius exsequutio fit à lege.
- 38 Nemo potest mutare consilium in alterius iniuriam.
- 39 Penitentia non est locus in casu d. l. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg.
- 40 Penitentia loci est ad euadendam penam in criminis l. in criminali, C. de iurisdi. omn. iud. cum similibus.
- 41 In penis legalibus licitum est desistere vsque ad sententiam, & n. 42. cautela assignatur ad hoc.
- 43 Pena l. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. non incurritur, quando laicus sponte comparere coram iudice Ecclesiastico, vt ipse eum & auctorem amicabilem componat & n. 45. limitatur, quando præcessit citatio, licet reus sponte postea compareat non contradicendo, vt in n. 47.
- 44 Partes possunt voluntarie prorogare iurisdictionem iudicis non sui.
- 46 Deficientibus mente & verbis deficit quoque ipsius latispositio.
- 48 Pena l. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg. incurritur, obligatis clerico & laico in eodem instrumento, si laicus coram iudice Ecclesiastico conueniatur pro debiti solutione.
- 49 Obligatio dandi est indiuidua.
- 50 Conuentia causæ diuidi potest, quando actor & reus sunt diuersi fori.

51 Clerico & laico simul obligatis, coram quo iudice laicus conueniri debeat ac possit: & numerus sequentibus.

Q V Æ S T I O XXX.

In eandem leg. 10. tit. 1. lib. 4. Non. Coll. Reg.

Vtrum pena lib. 10. tituli 1. lib. 4. Noxæ Collect. Reg. incurrat per solam citationem laici coram iudice Ecclesiastico si ante liti contestationem peniteat auctorem?

**R**ESPOND. VERO ꝑ secundo circa eandem l. 10. an per se na eius currat, per solam citationem laici coram iudice Ecclesiastico factam abique liti contestatione, si ante eam peniteat auctorem ad cuius instantiam fuit facta præd. citatio laici in causa profana & ad forum Ecclesiasticum minime pertinet: Hanc quaestionem, neruose in vtramque partem examinat D. Azueed. in præfati n. 3. cum pluribus legq. qui adductis hinc inde pluribus fundamentis, tandem in ea est sententia in n. 9. quod vsque ad liti contestationem liceat penitere in hac specie, & sic citabitur penam nostræ l. laicus, citans aut citari faciens laicum coram iudice Ecclesiastico per re ad Ecclesiam non pertinenti, & respondet fundamentis contrarie partis: cetero ipsius opinio æqua & probabilis videtur.

Nihilominus in rigore ꝑ iuris verior mihi videtur contraria sententiâ: imo quod lex nostra procedat, & locum habeat ex sola citatione præd. & sic quod ipso facto non obstante penitentia præd. laicus citans alium laicum coram iudice Ecclesiastico in causa ad forum Ecclesiasticum non spectanti, incurrat penam nostræ l. & quod sit ac veniat puniendus. Quam sententiam in terminis tenet ac probat D. Didac. Perez in l. 3. tit. 1. l. 3. Ordin. veter. in gloss. citat. col. 780. vbi eam bene fundat, & iterum in l. 5. gloss. 1. in fin. eod. tit. & lib. col. 792. in medio ibi, sed credere: & hanc sententiam probat tum ex fundamentis pro ea per Didac. Perez. & Azueed. adductis, quæ fortiora videntur, quam contraria, tum etiam & ex sequentibus.

Primo, & ex verbis & litera nostræ l. 1. ibi, Que ningun lego sea osado de mandar citar ni emplazar a otro lego del ante del juez de la Iglesia, & c. Nota verba hæc, quæ expresse prohibent sub pena statim in ea posita, de mandar citar, si citatio fiat cum effectu, nempe si laico intinuetur, secus si eidem nota fiat, licet præceptum citatorum iudicis Ecclesiastici iam decretum, & ab eo subscriptum nuntioque traditum ad id parti intinuetur, secus si eidem nota fiat, licet præceptum citatorum iudicis Ecclesiastici iam decretum, & ab eo subscriptum nuntioque traditum ad id parti intinuetur, nec requiritur liti contestatio ad essentiam citationis, sed tantum ad ordinem & substantiam iudicij: ergo cum lex non dicat, nec nos dicere debemus, argum. l. non distinguemus, ff. de arb. l. de pretio, ff. de Public. in rem act. cum similibus. lex nostra punit factam citationem, ergo statim facta citatione contra eius præceptum, partique intimata, incurritur penam.

Q 2 quæ

que penitentia non delectur, vt in sequentibus fundamentis probauimus. Si igitur lex nostra aliud voluisset, id expressisset: cum ergo non expresserit nec dixerit, quod per citationem sequuta demum lris contestatione, incurratur eius pena, censendum est hoc non voluisse, *argumento l. vnic. §. hac autem vers. sic. in autem ad deficientis, in fin. C. de caduc. tollen. cum similib. supr. cit. q. 29. n. 4.* Qui igitur contrarium voluerit intelligere, proculdubio nostrae legi eiusque verbis claris ac ipsius literae violentiam inferet.

Præterea ¶ quando quis est simpliciter prohibitus in ius vocare alterum, verbi gratia patronum sine venia, eo ipso quod eum vocat, est delictum perfectum & non datur venia, secundum Bart. in *l. quamuis, n. 1. ff. de in ius vocand. quem ceteri sequuntur secund. Ioan. Oros. ibid. n. 2.* ¶ licet ipsi secus esse dicant, si quis sit prohibitus petere, quia nõ dicitur petere, qui vocauit in iudicium, vt in *l. amplius non petiss. rem ratam haberi*, & ideo tunc non dicitur delictum perfectum ante lris contestationem, ac proinde merito penitentia habeat locum: attamen hoc procedit, quando simpliciter effectus quis prohibitus petere: at lex nostra non stetit in illis verbis dicendo: *Ninguno sea ofado de demandar*, sed adiecit, *ciar, ni emplaçar*. Et hæc verba clara declarant, vel saltem ampliant præcedentia. Præterea *d. amplius non peti*, procedit in penis conuentionalibus, vt patet ex ipso text. & sic habet locum purgatio moræ: secus est in penis legalibus, vt *infra dicemus*. Quinimo etiam in penis conuentionalibus, si quis promiserit alterum non vocare in iudicium sub certa quadam pena, committitur stipulatio per solam uocationem secund. Bart. in *d. l. amplius non peti, n. 6.* Didac. Perez. in *presenti in gloss. ciar. & Azcaed. num. 8.* Et ¶ licet secundum ipsum *num. 11.* hoc procedat quoties sola contentio & citatio requiritur ad incursum penæ, secus vero si petio etiam requiratur, secundum Bald. in *authentic. habitus, n. 46. C. ne filius pro patre*, & melius probatur in *l. amplius non peti*. Attamen ¶ illud fallit in penis legalibus, & vbi exsequutio ipso facto à lege fit ob maleficiũ, vt *infra dicemus*: tunc enim statim petendo vel citando committitur delictum & pena, ac proinde licet haberet locum moræ purgatio & penitentia in conuentionalibus, iuxta distinctionem Bart. in *l. si insulam, n. 21. ff. de verbor. obligat. de qua infra*: attamen in delictis, ipsa locum non habet, vt *ibi dicemus*. Præterea petio de qua in hac leg. declaratur per verbum *ciar ni emplaçar*, ita vt sola intimatio ipsius perficiat delictum, vt statim dicemus.

Nec ¶ dicatur, quod in casu nostræ l. ad incursum penæ requiratur necessario copulatiue petio & citatio: ita vt non sufficiat sola citatio, neque sola petio, nec vnum sine altero, sed quod vtrumque requiritur, nempe & petio & citatio ex verbis nostræ leg. alio modo consideratis, ibi, *De mandar ciar, ni emplaçar*: Dicitio enim, quæ Latino sermone dicitur nec copulatiua negatiua est, iuxta text. gloss. Bartol. & DD. ¶ in *l. quidam testamento, ff. de vulgar. & pupil. subst. cum similib. Alexand. cons. 92. in fin. volum. 3.* Menoch. cons. 3. num. 2. lib. 1. Azcaed. hic num. 40. in *glossa emplaçar*: ac proinde vocando in ius, non committitur stipulatio penalis de non petendo, vt in *dict. leg. amplius non peti*. Nam respondeo pluribus modis, primo hoc non concludere requiri ad incursum penæ nostræ

litis contestationem, sed tantum petitionem & citationem, & sic nihil nobis contradicit. Secundo ¶ respondeo, quod in nostra specie, dicitio, nempe stare copulatiue minime potest, quia non per modum conditionis, vt in casu *d. l. quidam testamento*, nempe in substitutione facta his verbis, *Si neque Florus, neque Sosa heredes essent, &c.* tunc enim requiritur ad verificationem huiusmodi substitutionis, vacatio totius hereditatis, nec sufficit vacatio aliquarum partium. Sed ¶ prædicta dicitio, nec in casu nostræ leg. stat per modum dispositionis prohibitiuæ, adicitur namque orationi illi: *Ninguno sea ofado de mandar ciar*, nempe, *ni emplaçar, &c.* itaque lex nostra in hoc procedit prohibendo petitionem & citationem, & quamlibet earum gratia clarioris intelligentiæ, ne si de citatione solum loqueretur, pro vi faciebatur lex antiqua ordinamenti veteris, dubium verteretur in petitione parti intimata absque citatione idem esset dicendum. Lex igitur nostra vtrumque & vnum quodque de per se prohibet, & ideo addit verba, *de mandar ad l. veterem ordinamenti ad tollendum dubium prædictum*. Si enim vtrumque copulatiue requireret ad incursum penæ, ita quod non sufficeret vnum sine altero, id clare exprimeret: imo etiam hoc faceret, satis verificaretur per intimationem petitione parti factam: cum hæc sit citatio & petio: quinimo & citatio sola fit in ordine ad petitionem explicite vel implicite in ea contentam. Citatio igitur vel petio sola sufficit, dummodo parti sit intimata: hæc enim & illa de per se alteram continent, ergo per citationem solam, vel etiam per petitionem parti intimatam incurritur penæ nostræ legis.

Quod si adhuc velis contendere, nostram l. virtute dictionis *ni*, copulatiue esse intelligendam, ¶ fateor; in eum nempe sensum, quod vtrumque sit prohibitum, & petio, & citatio: non tamen inde sequitur quod ad hoc vt incurratur pena huius legis sit necessarium, vt petio & citatio simul concurrant atque interueniant: ita vt vna sine altera non sufficeret, cum alias sequeretur absurdum, quod vbi citatio expressis verbis non interuenisset, sed tantum petio, quia pars contraria esset præsens, eique vel suo procuratori intimaretur petio cum cæteris actis causæ, minime incurreretur pena huius leg. quamuis lis contestaretur, nec daretur penitentiam actoris: Hoc autem nemo dicit: Igitur, &c.

Verus ¶ igitur sensus nostræ leg. est, vt nullus laicus possit alterum laicum conuenire vel citare coram iudice Ecclesiastico super rebus profanis ad forum eius non spectantibus sub pena huius leg. ita tamen si conuentio vel citatio alteri parti intimetur: quod si nostra l. aliud vellet, diceret affirmatiue, *Qui conuenierit & citauerit, &c.* tunc enim procederet opinio contraria, quæ habet requiri vtramque copulatiue.

Nam fundans se ¶ in aliqua lege vel statuto debet probare ante omnia subiectum & qualitatem illius *l. 4. ff. de fideicommiss. liber. l. 1. §. pregnantem ff. de venie. inspic. cum aliis plurib. iuribus citatis per Anton. Gom. ex quibus hoc peccat in tertio tom. c. de delict. n. 44. & iterum c. 9. de captura reorum, n. 1. diximus nos cons. 24. n. 16. & cons. 28. num. 3.* Similiter vbicunque ¶ quis agit ex statuto, debet probare se omnes qualitates inentati statuti ad vnguem & copulatiue obseruasse, alias succumbet: Bartol. in *l. 1. §. quod autem ait Prator, ff. de quid in sum. publico*: sequitur plurimos referens Beccius

Beccius *cons. 12. n. 14. lib. 1. vbi numeris seqq.* Quod forma ¶ inducitur ab statuto, in dubio censetur substantialis, & ad vnguem & præcise obseruari debet, & non potest per æquipollens adimpleri, & ea non obseruata corruit actus: nostra autem lex non procedit affirmando, sed prohibendo duo hæc, scil. conuentionem & citationem, ergo vtrumque & vnum quodque de per se prohibet, & contra vnum eorum fecerit, quia est prohibitum, incurret penam ipsius: Accedit identitas rationis, & calus argum. *l. illud, cum similib. ff. ad l. Aquil. & quod lex rebus & non verbis imponenda est, vt in leg. 2. C. commun. de leg. Tandem, vt nullus scrupulus remaneat, natura dictionis ¶ copulatiue est non inter diuersa, vnde si ponatur inter non diuersa, sed idem sonantia, tunc statentisue pro, id est, secundum Bart. in *l. prima in princ. num. 2. ff. de iustitia & iure, & ibi cæteros Doctores, præcipue las. n. 2. vers. 2. l. iudicia, Felin. in cap. ex parte n. 22. vers. fallit secundo, de rescripti.* Hic autem dictio, *ni*, non ponitur inter diuersa, sed inter eadem, vt patet. Ergo, &c. Vltimus ¶ dictio, *ne*, est etiam implicatiua, plura enim implicat, vt docet Menoch. *de recuper. possess. remed. §. num. 70. & cons. 276. n. 11. lib. 3.* non tamen inde sequitur, quod vtraque implicata debent simul concurrere cum singula sint prohibita. Præterea si peti non dicitur in proposito per uocationem in ius, vt alias dicit *dict. l. amplius non peti*, quia uocando quis in ius alterum, non peti, sed petere vult, repugnant vel potius superfluerent verba nostræ *l. ciar ni emplaçar*, posita post verbum, *demandar*. Ex horum igitur verborum adiectione declaratur satis verbum præcedens, *demandar*, vt intelligatur de petitione cum sua intimatione, vt prædicimus, alias esset contraria nostra lex dispositioni *dict. l. amplius non peti*. Cum igitur lex nostra incipiat à verbo *demandar*, & prosequatur hoc modo, *ciar ni emplaçar*: vnum quodque eorum videtur prohibere, quia alias prohibendo solum petitionem, non censebatur prohibita in ius uocatio, vt in *dict. l. amplius non peti*, & sic prohibitio incipit ab eo, quod plus est, & quæ prosequitur ampliando ad minora, quæ sunt *ciar & emplaçar*. Vltimo, vt dixi, prædicta obiectio nihil facit contra nostram sententiam, diuersa enim est ab eius specie.*

Secundo ¶ et principaliter nostra affirmatiua sententia probatur ultra omnes, considerando quod nostra lex tantum punit ipsum merum factum conuentionis vel citationis, non vero iuris effectum, vt patet clare ex verbis ipsius, ibi, *Ninguno sea ofado de demandar, ciar, ni emplaçar a otro lego, &c.* Non enim lex requirit lris contestationem ad incursum penæ, vt modo dicebamus, neque quod iudicium vltius pretendatur, nec consideratur vexationem, aut molestiam partis: sed tantum autem temerarium conueniendi vel citandi laicum coram iudice Ecclesiastico super rebus profanis ad forum Ecclesiæ non pertinentibus in præiudicium iurisdictionis Regiæ, cum laicus contra laicum habeat iudicem saculare, coram quo posse eum conuenire. Cum ¶ autem lex considerat solum factum & animum facientis, non autem iuris effectum, etiam ex actu nullo inciditur in penam: secus si considerasset solum iuris effectum: quia tunc si actus nullus sit, ex eo pena non incurrit, Bart. in *l. quid ergo, §. cum autem factum, ff. de his qui notantur infam. Bal. in l. ea quidem, num. 3. C. si mancip. ita fuer. alien. Felin. in cap. ex tenore, n. 9. vbi plura in idem adducit, de rescripti. & Molina*

*lib. 2. de Hispan. primogen. cap. 16. n. 19.* & nos quodque diximus *lib. 2. pract. quæst. quæst. 4. n. 6.* ergo licet citatio & cætera acta facta coram iudice incompetenti sint nulla, vt in *l. 1. & per totam, C. si à non comper. iud. & cum similib.* & nihilominus lex nostra punit laicum citantem alterum laicum coram iudice incompetenti super re profana ad forum Ecclesiasticum non pertinentem, consequatur quod solum factum consideret atque punit, non vero iuris effectum, ac proinde penitentia nihil proficit.

Tertio ¶ & præcipue hæc sententia comprobatur ex *l. qui ea mente 67. ff. de furtis*, vbi qui tenetur actione personali ex delicto, penitentia non liberatur, inquit enim text. *qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tamen si mutato consilio ad domino postea reddidit, fur est: nemo enim tali peccato penitentia sua nocens esse desinit.* Idem probat *l. quid sit fugitiuus, in princ. 17. ff. de adul. editio*, vbi ait text. fugitiuum scilicet esse, qui ea mente discedat ne ad dominum redeat, tamen si mutato consilio ad eum reuertatur. Nemo enim tali pacto, inquit Otilius, penitentia sua nocens esse desinit, & ibi gl. verb. penitentia allegat *dictam l. qui ea mente*, & dicit idem esse in rapina, in apostata, in diuortio & in domino, qui primo colonum expulsi, & tunc tunc penitet per iura, quæ ibi citat: nec satisfacit quod ibi loquatur in animi vitio, in quo penitentia non datur: Hoc enim non enervat in proposito rationem generalem illorum iurium prædictam, nempe quia nemo tali pacto penitentia sua nocens esse desinit; præcipue cum ibi non sit ius vitium & delictum consistat in animo, sed etiam in facto: quia seruus fugit, & fur alienum contrectauit vel rapuit, & sic de cæteris: sicut in nostro proposito delictum consistit in animo, nempe consequendi quod præterdit per censuras in fraudem & præiudicium iurisdictionis Regalis, & in facto, pro vt petere vel citare super eo laicum coram iudice Ecclesiastico, cum tamen id esset iure prohibitum ac proinde delictum. In ¶ delictis igitur non admittitur penitentia, Rebuff. de *prin. school. priuileg. 120. num. 1. vol. 11. tract. diuersor. Doctores*, vbi limitat in scholastico accipiente pueros alienos, qui postea penitentia ductus eos restituit, quia non committit furtum, secundum Bartol. in *dicta l. qui ea mente*, & in *l. 5. ff. ad legem Aquil. & ibi reddit rationem Rebuff. Regulariter igitur in delictis non est locus penitentia, vt in dictis legibus.*

Et ¶ ex dicta *l. qui ea mente*, inquit eleganter Bart. in *l. vbi pactum, n. 5. C. de transacti* quod quando pena committitur propter maleficiũ, non admittitur purgatio moræ, quem in hoc sequuntur ibi Angel. *n. 7. Salycet. col. 2. Aleat. n. 19.* est communis vt ex Fulgos. testatur ibi Alexand. *n. 5.* Et ¶ licet in specie Bartoli ibi, nempe in pena conuentionali in transactione apposta contra Bart. sit humanior & æquior opinio, secundum Alexand. *dist. n. 5. post Fulgos. & Paul. Castren. ibi, num. 10. & Curt. Senior. n. 20. & communem esse contra Bart. testatur Ias. ibi, n. 9. & veriorum Curt. Iun. ibi, num. 49. & vtrumque refert Doct. Anton. de Padilla, ibi, n. 7.* Itaque in hoc casu verior sit distinctio eiusdem Bartol. communiter ibi approb. per Doctores, in *l. si insulam, num. 21. ff. de verborum obligat.* dicentis ¶ quod si stipulatio est commissa, & sic parca conuentionalis propter maleficiũ, tunc demum non liceat moram purgare, quando factum est momentaneum, secus

Q. 7

si sit factum successuum, & eos refert & sequitur Anton, de Padilla, *ubi supra*, attamen in delictis & penis legalibus, prout est illa de qua nos loquimur, proculdubio indistincte non admittitur purgatio moræ, vt est text. qui in hoc casu loquitur, *in d. l. qui ea mente, cum similib.* secundum Curt. Jun. in *d. l. ubi patitur, n. 511.* & ibi Anton, de Padilla *d. l. n. 7.* Barr. autem & communis, *ubi supra* loquitur in penis conuentionalibus, in quibus prædicta distinctio seruanda est, & nihilominus etiam si ipsa tenenda esset in delictis & penis legalibus (quod dissentimur) adhuc in proposito non haberet locum purgatio moræ, cum factum hoc, hoc est, petitio vel citatio, ex quibus delictum ipsum perpetratur, sit momentaneum non vero successuum. Ex omni igitur capite, purgatio moræ in proposito nostro ex penitentia post delictum commissum per conuentionem vel citationem parti aduersæ intimatam, locum non habet, per supradicta. Vnde ¶ iure procedere non potest, si dicitur, quod quamuis per solam citationem pænna committeretur, locus esset penitentiae vique ad litem contestationem: hoc namque aperte repugnat iuris dispositioni & communibus traditionibus, vt vidimus: nec Bald. & ceteri in contrarium allegati per Azueo. *hic n. 12.* loquuntur in nostro proposito delicti commissi, sed alias in materia purgationis moræ: & quamuis in versic. præterea, dicat, quod si incurteretur pænna, haberet tamen locum penitentia: hoc tamen dicit differendo questionem. Postea tamen ipse Bald. in *d. l. authentica habita, C. ne filius pro patre, n. 46.* in decisione aperte facit in nostrum fauorem. Ibi enim mouet questionem simillimam nostræ post glossam verbo, *renauerit*, in principio, nempe nunquid per solam uocationem in ius in casu illius text. incidatur in penam eius, hoc est, vt cum verba, *trahere ad alium iudicem*, de quibus ibi, *versificentur ex sola citatione. an vero requirant processum ad substantiam litis*, & tandem eam differens, ¶ concludit, quod aut lex panit vocantem, & sufficit citatio, nisi citatio sit circumducta à iure, vt in patrono sine uenia citato, tunc namque nisi patronus compareat, ita quod de facto grauetur, cessat pænna: & ista est vera ratio *l. quamuis, ff. de in ius uocand.* quæ videbatur probare contrarium, aut lex panit agentem vel accusantem, & hoc dupliciter: aut respectu attentionis iudicij, & committitur pænna irreuocabiliter per litem contestationem, aut respectu effectus iudicij, & tunc habebit locum penitentia vsque ad sententiam: aut lex panit trahentem aliquem ad iudicium, & istud uocabulum interpretatur, quod dicitur trahere, & ita quod non possit penitere si lis sit contestata: nam ante desistere posset, nisi esset commissa efficaciter ipso facto: quod est quando lex ipsa pronunciat, ita quod inter sententiam & pronunciationem non est media, vt notatur in *cap. perpetuo, de elect. in 6. in nouellis*, & quod ubi pænna imponitur ipso facto, non habeat locum penitentia, est glo. singular. in *c. ne in agro, §. quia uero, verbo, ipso facto, de statu monach. in Clementina*, ibi, *perpetuo*, hæc sunt uerba Bald. ex quibus aperte nunc uides primo. Quod ¶ sola citatio sufficit ad incurfionem pænæ legalis, quando lex panit citantem, vt facit nostra lex, ibi, *Citar, ni emplaçar*, quod & tenuit glossa prima, & ibi Doctores. *ff. de in ius uocand.* Neque obstat exemplum citationis patroni, *d. l. l. quamuis, cum qua concordat l. 5. n. 7. par. 3.* ¶ ubi cauetur, quod libertus uocans patronum in ius sine uenia, debet

28  
29  
30  
31

ei soluere in pænna quinquaginta aureos, nisi patronus hic citatus non compareret coram iudice ad terminum citationis, vel nisi ante comparitionem ipsius libertus sic uocans coram eodem iudice citationis penitiret: & litem vel actionem remitteret, &c. Quoniam respondeo primo, quod ibi, vt inquit Bald. citatio circumducitur. Secundo, quod ideo ibi illud, quia ¶ ipsamet lex, quæ pænna in illo casu imposuerat, eam remittit in prædictis casibus; quod facere ualuit cum posset à principio nullam imponere, ergo & moderate iurisdictionem in illis, vt inquit, *d. l. quamuis*, sed lex nostra hoc non facit, igitur, &c. Et ita respondet Barr. in *d. l. l. quamuis*, ante n. 1. dicens, quod nisi iuriconsultus hanc. fecisset per magistralem interpretationem, non deberet dici, quod si quis incidit in aliquam pænna statuti, portiendo petitionem vel exceptionem prohibitam, quod ei detur exculatio ex penitentia, quia non habemus legem hoc dicentem, & uerba legis hoc non patiuntur, vt *infra, de furt. l. qui ea mente*, sequuntur Angel. Paul. & Modern. vt testatur Iaf. ibi, n. 1. Tunc ¶ ipsi dicunt, quod cum lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, iuxta *L. de precio, ff. de public. in rem act. & l. de quibus, ff. de leg. cum similib.* nisi alia lex distinguat, vt ibi Labeo fecit, quæ est communis omnium interpretatio, secundum Ioan. Orof. ibi, n. 1. Tertio ¶ respondeo, quod pænna illa applicatur patrono & fisco, vt in *d. l. 5.* & libertus uocans patronum in ius sine uenia, non ideo amittit actionem suam, sed tantum punitur dicta pænna ab eadem l. ita glo. in *d. authent. habita, verb. renauerit, in versic. an, ibi, sed ibi non amiserat, &c.* At in proposito nostro laicus citans alterum laicum coram iudice Ecclesiæ super rebus ad eius forum non spectantibus, amittit actionem eo ipso, ergo nil mirum, quod penitentia locum non habeat respectu exculationis pænæ, de qua in nostra lege.

Secundo ¶ principaliter ex uerbis Baldi, *ubi supra* deducitur, quod quando lex panit agentem, & accusantem respectu attentionis iudicij, committitur pænna irreuocabiliter per litem contestationem: si uero respectu effectus iudicij, habet locum penitentia vsque ad sententiam: quod si lex panit trahentem aliquem ad iudicium, ante litem contestationem licita est penitentia, nisi pænna esset commissa efficaciter ipso facto per petitionem vel citationem, quia lex ita pronunciat (vt patet ex ea, ibi, *Mandamos, que por el mismo hecho pierda la accion, &c.*) non est licita penitentia ad euadendam pænna etiam ante litem contestationem: quia ¶ quando pænna imponitur ipso facto, non habet locum penitentia, iuxta glo. Clemen. 1. *incip. ne in agro, verbo, ipso facto, ibi, si neque penituit, de statu monach. late Azueo. hic n. 61.* Bald. igitur in tota sua hac doctrina fauet potius nostræ sententiæ, quam contrariæ: imo & Salyc. in *d. authent. habita, n. 34.* in simili questione, resoluit, quod per solam citationem incurritur pænna legis illius, vt ibi per eum. Facit doctrina Ludouic. Roman. *conf. 427. vers. 3.* ubi ¶ quod non est locus moræ purgationi in pænna, cuius exsequutio fit à lege: & quod quando lex habet hæc uerba, eo ipso, vel ipso facto, vel ipso iure, dicitur canon late sententiæ vim obtinere, vt ibi probat. Et licet hoc intelligendum sit quoties delictum est perfectum vel factum, secus si intentatum tantum, vt bene probat post alios Azueo. *hic n. 16.* attamen in proposito per solam petitionem, vel citationem

32  
33  
34  
35  
36  
37

parti

parti intimatam perficitur factum & consummatur delictum, vt patet ex ipsa lege ibi, *demandar, citor, ni emplaçar*: iunctis uerbis infra positis, ibi, *Mandamos, que por el mismo hecho, &c.* & supra quoque probauimus, dum resoluimus, non requiri litem contestationem ad incurfionem pænæ, quia lex tantum petitionem & citationem prohibet, & sic considerauit merum factum: non uero iuris effectum. Denique considero, quod si locus esset vilo modo penitentiae in specie nostræ questionis ad euadendam pænna nostræ legis, illud esset quia ipsa lex considerasset effectum iudicij, non uero tantum nudum factum: quo casu non tantum vsque ad litem contestationem, vt contraria opinio habet, sed etiam vsque ad sententiam penitentia locum haberet, iuxta doctrinam Bald. in *d. l. authentica habita, supra* relata. Sed hoc non est ita, tum quia nostra lex non considerauit iuris, neque iudicij effectum, sed tantum nudum factum petendi vel citandi, vt late probauimus, tamen etiam quia etsi iuris vel iudicij effectum considerasset aut puniret, adhuc tum quia pænna imposita est ipso facto, vilo modo ad tempore non habet locum penitentia iuxta doctrinam Bald. *ubi supra*. Ergo habemus intentum.

38 Quarto ¶ & ultimo in nostrum fauorem adduco regulam iuris, quæ habet, quod nemo potest mutare consilium suum in alterius iniuriam, *l. nemo potest mutare, 76. ff. de regul. iur.* sed per petitionem vel uocationem in iudicium, in proposito committitur pænna amissionis actionis, &c. ergo uocans penitere non potest in præiudicium eorum, qui bus pænna nostræ per ipsam applicatur: & in

39 terminis hac ratione, quod ¶ non sit locus in proposito penitentiae, tenet gl. præcitata in *d. authentica habita, verbo, renauerit, in versic. an potest penitere uocans*, quam sequitur bene declarans Salyc. ibi, n. 34. *vers. quanto an locum sit licet in casu dicti authent. habita, pænna non incurrat ipso iure, sed per sententiam postea ferendam, vt tenet gloss. fin. ibi, & DD. ergo à fortiori idem erit dicendum in nostra questione, vt non sit licita penitentia in casu nostræ legis, cum pænna ipsius ipso facto incurrantur, vt præ diximus, & tenet Azueo. *hic n. 61.**

Hac nostra sententia sic fundata & probata superest, vt satisfaciamus communium opinionum, quæ 40 ¶ habet, quod in terminis, in *l. criminali, C. de inu. d. l. omni iudic. & in cap. inoluta, n. 1. quæst. 3.* penitentia locus sit ad euadendam pænna vsque ad litem contestationem, vt iustus per Azueo. *hic n. 6. & 16.* Respondemus namque quod dicit, *cap. inoluta*, loquatur in clericis trahentibus clericos ad publica iudicia, relicto suo pontifice, & dicit, *l. in criminali*, in uocante alium in uetum examen, quod est diuersum à uerbis nostræ legis, ubi non solum petitio, sed etiam citatio & uocatio in ius, est prohibita abique effectu examinis iudicialis ueteri.

41 Non ¶ obstat etiam, quod in penis legalibus licitum est desistere vsque ad sententiam, ex textu optimo in *cap. dudum, el secundus, in fine, de elect. & Boet. de off. 206. n.* Azueo. *hic n. 5.* A quibus ¶ cadatur cautela, vt cum quis propter aliquod delictum uenit puniendus priuatione officij, aut infamia, statim antequam proferatur sententia, accusatus ut hæc euitet, deserat litem & soluat, vel satisfaciatur id propter cuius acceptationem pænna infamiz imponenda erit, & idem similiter in eo, qui impetitur super retentione duorum beneficiorum incompatibilium, & sic vt condemnatur in amissione eorum: nam si ante sententiam peni-

teat, & renunciet beneficio, ualeat renunciatio, vt in *d. cap. dudum, in fine*, hæc namque diuersa sunt à nostra materia: siquidem ibi agitur de penitentia, durante liter super verificatione & cognitione, an sit commissum delictum nec ne, & priusquam sententia id declaretur, penitet delinquentem: nos uero, ubi postquam delictum est iam perpetratum & commissum absolute, agitur de ipsius punitione, quo casu non habet locum penitentia, vt in iuribus præallegatis.

Nec obstat replicata, quod etiam in nostro casu agitur super verificatione & cognitione an sit delictum commissum, necne, atque ipsius punitione simul, sicut in casu, *d. l. cap. dudum*, quia respondemus quod in casu illius text. in contrarium adducti erat factum, hoc est, delictum habens tractum successuum, reusque accusatus adhuc existebat & permanebat in suo delicto, in eoque durabat dum accusabatur, ideo merito vt ante sententiam desistere possit, atque penitentia doctus soluere & restituere id propter quod impetitur: uero in nostro casu, de quo agimus, quod sit momentaneum, nempe petitio, vel citatio ex quibus statim fuit consummatum & perfectum delictum, inculcaque pænna omnino per sententiam ipso facto à nostra lege lata, ideo locus non est vilo pacto penitentiae. Non obstat & tertio, quod ex sola citatione absque litem contestatione non sequitur vexatio, sicut nec in casu, *cap. ceterum, §. uerum, de rescriptis*, quoniam respondemus legem nostram non considerare effectum, & sic vexationem totius iudicij, sed factum & sic ausum temerarium uocandi in iudicium per citationem laicum in causa profana coram iudice Ecclesiastico in iniuriam iurisdictionis Regalis, nec non & vexationem etiam quæ per solam citationem coram iudice Ecclesiastico sig laico per laicum in causa profana: licet enim maior vexatio esset, si iudicium vsque ad sententiam perduceretur, negari tamen non potest, quin respectu citationis indebitæ cum censuris Ecclesiasticis, ubi ipse locum non habebat de iure, etiam vexatio fiat. Ad hanc igitur qualiscunque sit, respexit lex; & ea verificatio per citationem absque litem contestatione, quæ paulo duriorum vexationem inducit, cum contestatio vno momento fieri possit: sicque cessant omnia fundamenta contraria.

Ex ¶ superioribus iam clare deducitur, quod si 43 laicus non citetur à laico, sed sponte ipse laicus compareat coram iudice Ecclesiastico (ueluti si actor & reus differentes inter se amicabiliter conueniant, vt eât coram iudice Ecclesiastico, & quod ipsi pareant, atque obediunt eius dicto) non ex hoc inciditur in pænna huius l. ¶ cum iure possint 44 uoluntarie prorogare iurisdictionem iudicis alias non sui, iuxta glo. communiter approbatam, in *cap. cum olim Abbas, verbo, protinus conuadit, de offic. deleg. secundum Didac. Perez.* plures referentem in *l. 7. tit. 1. lib. 3. ordin. col. 797. in fin. & in princ. sequent.* & Azueo. *hic n. 21.* qui in terminis nostræ l. hanc opinionem probat. Cum enim lex nostra requirit petitionem uel citationem ad incurfionem pænæ, & hæc non intercesserit, quia ¶ cum partes amicabiliter compareant coram iudice, dicunt comparere sine citatione, secundum Hippol. in *l. de unoquoque, num. 44. in fin. ff. de re iudic.* Consequitur, quod ¶ deficientibus uerbis & mente nostræ l. de 46 dam. in secl. & quæ in proposito eius congressimus *conf. 21. n. 2.* maxime in odiosis & pænalibus. Odiâ n. restringi & fauores conuenit ampliari, vt in reg.

Q 4